



Sch 9

Columbia University  
in the City of New York



Library







*John Torrey*

SYNOPSIS  
FUNGORUM CAROLINAE SUPERIORIS

SECUNDUM OBSERVATIONES

LUDOVICI DAVIDIS DE ~~SC~~<sup>h</sup>WEINITZ

SOC. NAT. CUR. LIPS. SODALIS etc.

EDITA A

D. F. SCHWAEGRICHEN.

---

E COMMENTARIIS SOCIETATIS NATURAE CURIOSORUM LIPSIENSIS EXCERPTA.

L 7827

*Soc. Nat. Cur. Lips. 1827*

FUNGI CAROLINAE SUPERIORIS.

Classis prima.

Ordo primus. Sclerocarpi.

1. SPHAERIA.

FAMILIA XYLARIAE.

A. Carnosae.

- 1. *militaris*. Frequens saepe bipollicaris et polycephala. Semper in larvis.
- 2. *alutacea*. Varietas terrestris, etiam in Georgia. Misit Baldwin.
- 3. *entomorphiza*. Rara in larvis insectorum. Omnino fungus Dicksoni, sed colore diluto.
- 4. *mucronata*. Sz.

S. caulescens simplex carnosae badia, clavula incrassata lutescente: apice sterili mucronato, sphaerulis atris.

Rara in trunco Liriodendri. — Stipes badius, subsquamosus, inflexus, compressus, unciam altus, quatuor lineas latus. Clavula incrassata, irregularis. Sphaerulae majores, prominulae, atrae: ostioli globosis nigris. Asci moniliformes, post evacuationem teretes. Sporidia globosa atra.

Differt ab *alutacea* sphaerulis atris sub cortice carnosae latentibus, ostiolo atro prominulo.

- 5. *ophioglossoides*. Est tantum in Pensilvania, Bellehem.

B. Suberosae.

- 6. *bulbosa*. Rarius occurrit.
- 7. *Hypoxyton*  $\alpha$  et  $\beta$  copia incredibili.
- 8. *carpopbila*. Frequens in nucibus Liquidambaris styracifluae.
- 9. *persicaria* Sz.

S. caulescens suberosa caespitosa, caule flexuoso tereti villosa rugoso, clavula albocarnea.

E defossis putaminibus persicarum vere et hieme satis frequenter provenit, silvulam quasi efficiens distinctam colore lutescente clavularum. In profunde defossis totus fungus longitudinem acquirit sex unciarum.

Caulis flexuosus, rarius ramosus, radicans, teres, tres uncias et ultra longus, crassitie pennae corvinae: primum villosus, virescens, demum niger, rugosus, sphaerulas continens valde prominulas, in medio sitas. Clavula alba, in albo-carneam vel lutescentem mutatur.

10. *digitata*. Ad asseres hortorum. Omnino a sequente distincta.  
11. *polymorpha*. Frequens ad ligna dejecta in silvis.

FAM. II. PERIPHERICAE.

12. *concentrica*. Vulgaris saepe triunciali diametro.  
13. *rubiformis*. Frequens ad ligna.  
14. *fragiformis*. Rarior.  
15. *argillacea*. Haud dubie est initium Sphaeriae rubiformis.  
16. *granulosa*. Optime a caeteris distincta.  
17. *rubiginosa*. Saepe magnitudine pedali.  
18. *cohaerens*. Passim.  
19. *fusca*. Copia incredibili.  
20. *candida* Sz.

S. peripherica minor sparsa pulvinata subrotunda, cortice candido deciduo, sphaerulis minutis, ostiolis cinereis perforatis.

Rarior in ramis Fraxini pubescentis. Insidet epidermidi, tota 2 – 3 linearis. Sphaeriae cortex candidus granulatus. Ostiola pulveracea, subumbilicata. Stroma cinereum pulveraceum, quasi in cupula nigra insidens.

Genus aliquo modo dubium.

21. *rufa*. Frequens ad truncos Liriodendri.  
22. *ribesia*. Frequens in Ribibus hortorum.  
23. *Sambuci*. Frequens in Sambuco Canadensi.  
24. *gyrosa* Sz.

S. subperipherica minor gregaria subconfluens aurantio miniata, sphaerulis gyrosis farctis demum prominulis pulverulentis, stromate lutescenta.

In cortice nondum corrupto etiam vivo Fagorum et Juglandum. Junior planiuscula, ubi adolevit sistit corpus subrotundum, tuberculis minimis et majoribus asperum et gyrosum. Sphaerulae farctae, teretes, supra gyrosae, paucae, radiatim divergentes a superficie ad centrum fere stromatis continentur, primum sublatentes, demum prominulae, cortice pulverulento; ipsum tamen centrum farinacea carne componitur. Gelatina asciphora albet. Ostiola indistincta. — Transitum facit ad Sphaerias septinae divisionis.

25. *Bignoniae* Sz.

S. peripherica majuscula carnosae indurescens rufescens, intus fuligineocinerea, sphaerulis minutis albofarctis.



Sub epidermide Bignoniae radicantis nascens, apicē truncato prominet et fibras rubro tingit. Rara, tres uncias lata. Formam habet sphaeriarum tuberculatarum, sed sphaerulae in peripheria dispositae apice truncato, granulato-rugosam faciunt. Ostiola nulla. Stroma cinereo carneum.

26. *Sacculus* Sz.

S. peripherica lagenaeformis fusco-nigra, sphaerulis atris flexuosis compressis, ostiolis in collum convergentibus.

Sub cortice Bignoniae radicantis non infrequens, et cum hoc cortice protruditur. — Abnormis, sphaeriam simplicem majorem, ostiolo elongato, lagenae ad instar referens; cortice ruguloso; sed percissam hanc sphaeriam vides replētam numerosis sphaerulis atris, flexuosis, compressis, quarum ostiola in collum illud coalescunt. Duas lineas alta, sesquialteram lata est sphaeria et sparsa.

FAM. III. COMPRESSAE.

27. *deusta*. Frequens et maxima, sexuncialis.

28. *lenta*. Species distinctissima, saepe varie contorta. Primum eleganter viridis, intus alba. — Frequens ad asseres et cortices.

29. *tubulina*. In trunco Juglandis.

30. *citrina*. Passim, terrestris.

31. *rosea*. Rara ad radices arborum.

32. *ochracea*. Passim, terrestris.

33. *viridis*. Passim in Agaricis.

34. *Lactifluorum* Sz.

S. parasitica tenuis effusa cinnabarina, ostiolis coccineis, sphaerulis albo-farctis.

In Agaricis lactifluis, praesertim piperato, subtus et in pileo provenit, totum fungum mire contortum durum reddens, in pratijs frequens, ubi saepe centum Lactifluos invenies uno loco omnes hac sphaeria contortos. Agaricum ita exsiccatur, ut is conservari possit. Effusa laete cinnabarina, per aetatem tota coccinea. Stroma crassius quam in antecedente, margine sterili. Sphaerulae spargunt pulverem seminalem copiosissimum candidum.

35. *hyalina* Sz.

S. agaricola tenuissima effusa hyalino-fuscescens; ostiolis congestis fuscis colliculosa.

In *Russula foetida* rarior. — Parasitica, late effusa, pellucida, badia aut fuscescens. Ostiola sphaerularum congesta superficiem colliculosam reddunt. —

Colore, absentia stromatis, ut fere monosticha evadat et sphaerulis duplo minoribus hyalinis a priore differt.

36. *atropurpurea*. In lignis udis duris, praesertim Corni floridae.

37. *insitiva*. Rarior in Vite labrusca.

38. *Macula*. In ramis Platani occidentalis.

39. *serpens*. Frequens et maxima.

40. *undulata*. Passim.

41. *Stigma*. Frequentissima in ramis.

42. *Clypeus* Sz. numularia Decand. Flor. Gall. II. p. 290. Bulliard. t. 480. 3.?

S. explanata ambitu elliptico immersa atro-nitens, ostiolis conicis prominulis exasperata.

Totus fungus cortici etiam vivarum arborum, Tiliae, Aceris rubri, immersus, clypeolum unciam unam ad tres longum, dimidiam latum refert affixum clavicularis, quorum capitula (ostiola sphaerularum) prominent; margine ligneo undulato cingitur. Facile potest excuti e lecto suo, cavitatem in ligno linquens. — Dura. Stromma nigrum parcius. Sphaerulae majores, profundius penetrantes. Pulvere seminali brunneo tecta reperitur interdum.

43. *platystoma* Sz.

S. Late effusa nigro-marginata rimosa, ostiolis sparsis explanatis, sphaerulis cinereis dense aggregatis.

Rarior in lignis ignotis; super epidermide. — Similis S. Stigmati, longissima, unciam lata, rimosa, margine nigro tenuissimo in epidermide exarato cincta. Praecipue distinguitur ostiolis latis, pezizae formam aemulantibus.

44. *atropunctata* Sz.

S. latissime effusa candida laeviuscula, sphaerulis monostichis remotiusculis, stromate aterrimo nitente.

Cingit arbores, ubi cortice orbatae sunt, praesertim Quercum falcatae. — Latissime, interdum viginti pedum longitudine ambit arbores emortuas adhuc stantes; subaequalis est, hinc inde rugulosa. Margine nigro undulato totus fungus limitatur. Sphaerulae minus appropinquatae quam in prioribus. Ostiola in superficie alba apparent ut puncta nigra pupillata, non umbilicata nec perforata.

45. *perforata* Sz.

S. effusa minor crassiuscula fuligineo-rubiginosa granulosa, intus nigro-fusca, ostiolis immersis maculam lutescentem efficientibus.

Non infrequens in lignis Liquidambaris styracifluae. Longitudine unius aut sesquialterae lineae. Plures saepe confluunt. Superficies granulosa. Sphaerulae



sparsae, rariores, depresso-rotundae. Ostiola non prominula maculam pulveraceam ex albo lutescentem efficiunt.

46. *durissima* Sz.

S. effusa irregularis corticem penetrans rugulosa lignea rubiginosa intus nigra, sphaerulis sparsis majusculis, ostiolis umbonatis.

Frequens in cortice Cercis Canadensis. — Irregulariter effusa aut pustulas pisi magnitudine, confluentes exhibens, superficie valde rugulosa. Substantia fere lignea, nigra, nitida, durissima: cortice crasso rubiginoso tecta. Sphaerulae sparsae, majusculae, indistincte assurgentes; margo sphaeriae sterilis. Ostiola majuscula, umbonata. Stroma passim crassum ita, ut in hac re ad sectionem periphericam accedat, hinc inde etiam pulvinata serpat.

47. *penicillosa* Sz.

S. effusa crassa figurata rugosa nigra, ostiolis spissis pilis densis penicillatis interspersoque pulvere tectis.

Rarior in cortice Quercus. — Effusa maculas pollicares format, tres lineas crassa, inaequalis et tuberculata. Sphaerulae congestae atrae. Ostiola irregularia, prominula, dense congesta. Stroma cinereo-nigrum. Superficies ostiolorum et totius fungi pilis densis brevibus penicillatis seu fasciculatis, in maxime juvenili bilinearibus, obsita. Actidii Fries. obs. 1. p. 191. species.

48. *podoides*. Passim in ramis salicinis.

49. *ceratosperma*. In cortice Platani occidentalis rarior.

50. *quercina*. Frequentissima.

51. *disciformis*. Valde frequens in Fagis.

52. *sordida*. Vulgaris in betulinis.

53. *friabilis*. Frequens in Ilice prinoide, et Viburno prunifolio. Bene distincta.

54. *lignea*. Passim in ramis.

55. *bullata*. Frequens in ramis Coryli.

56. *verrucaeformis*. Praesertim in ramis alneis frequens.

57. *Diospyri* Sz.

S. composita bullosa demum emergens nigra, sphaerulis minutis rariusculis, ostiolis pulverulentis, stromate ligneo fusco.

In ramis emortuis Diospyri passim. — Assurgens primum cum epidermide, deinde seminuda, cortice tenui nigro laevi. Sphaerulae sparsae, rariae; ostiola minuta, prominula, pulverulenta, inquinantia. Duas lineas lata.

58. *Viburni* Sz.

S. composita bullosa sub epidermide lutescente assurgens; solis perforantibus epidermidem ostiolis nigris, stromate candido.

Passim in ramis Viburni prunifolii. — Pustulae semunciam latae, epidermidem attollunt, quae inde lutescit, sed nunquam rumpitur. Cortex sphaeriae ex epidermide nascitur. Ostiola subumbilicata. Stroma candidum, subfriabile; in quo nidulant sphaerulae majusculae nigrae, totae aut apicem versus albescentes. Asci solito longiores et angustiores, cylindrici.

#### 59. *Cephalanthi* Sz.

S. composita minor bullata epidermidem radiatim findens nigra, ostiolis crassis crenatis confluentibus.

In omnibus fere *Cephalanthis* occidentalibus emortuis frequens, situ protracto confluyente, totum ramulum variolosum reddens. Infestat rimas corticis prae ceteris partibus. — Magnitudo quercinae; erumpens, confluens, per epidermidem stellatim seu radiatim ruptam tecta; singula sphaeria forma conica, truncata. Ostiola crenata vel plicata confluentia.

#### 60. *Liriodendri* Sz.

S. composita minor obovata corticola nigrofusca, intus candida, sphaerulis majusculis monostichis.

In cortice *Liriodendri Tulipiferae*, dense consita, sed non confluens. — Cortici insidet, nec vero circumdatur, nisi junior. Duas tresve lineas longa et lata; superficie subrugosa, quasi pulverulenta. Sphaerulae monostichae, majores, tres aut quatuor in singula sphaeria. Ostiola indistincta, quae tamen superficiem sphaeriae quasi variolosam reddunt.

#### 61. *Robiniae* Sz.

S. composita immersa nigra, ostiolis per superficiem penetrantibus elevatis distantibus nigra, sphaerulis subcircinatis.

Passim in ramulis dejectis *Robiniae Pseudacaciae*. — Affinis est sphaeriis pustulatis e sectione quinta, sed tractu longo crescens et huc pertinens. Caespites format unciam longos, duas tresve lineas latos et altos; parte superiore tantum libera per epidermidis rimam prospicit; parte inferiore cum sphaerulis libro vel cortici fibroso immergitur. Sphaerulae sub stromate nigro fere circinatim collocatae, nitidae, minores. Ostiola per crustam seu superficiem superiorem sphaeriae connectuntur, ut in caeteris sphaeriis compositis, per hanc penetrant aut  $\alpha$ ) breviter et tantillum elevata extra superficiem, aut lineam unam vel  $\beta$ ) alteram longa; distantia, umbonata.



62. *Rhois* Sz.

*S. subsimplex* insidens obovata rugosa nigra, sphaerulis paucissimis, ostiolis conicis, stromate cinereo-albo.

In truncis cariosis *Rhois* radicans, ubi plures catervam irregularem efformant, fibris epidermidis teguntur, aliquae nudae manent. Duae vel tres sphaerulae compositae, parte inferiore liberae in ostiola conica abeunt. Stroma cinereo-album in ipsis etiam simplicibus; occurrunt enim talia.

63. *discincola* Sz.

*S. immersa* subrotunda truncata rugulosa cinerea, ostiolis indistinctis, sphaerulis truncato-annulatis, stromate nigro.

In disco truncorum caesorum Mali rara, profunde in lignum perpendiculariter penetrans. — Structura affinis *S. luteae* Albert. et Schwein. *Conspect. fungor.* p. 10. t. 1. f. 1. Superficies superior plana rugulosa. Sphaerulae sparsae majores. Stroma nigrum.

64. *viticola* Sz.

*S. minor* cum epidermide assurgens seriebus parallelis crescens griseo-nigra rugosa, sphaerulis nigris, stromate brunneo.

Rara in ramis emortuis *Vitis rotundifoliae*. — Subpulvinata, sparsim nascens. Sphaerulae rariores duae vel tres nigrae, in stromate brunneo splendente; singulae cortice nigro, valde crasso.

FAM. IV. MONOSTICHAE.

65. *typhina*. Rarissima, sed anno MDCCCXVII. inventa a me in gramine prope Narrows of Yadhin — maxima apud nos in *Mühlenbergia* erecta.

66. *lata*. Rarior ad truncos cariosos duros.

67. *mucosa*. Rarior in *Cucurbitis* variis.

68. *afflata* Sz.

*S. monosticha* tenuissima effusa effigurata nigerrima; ostiolis minutissimis dense punctata.

In lignis siccis. — Tenuissima, effiguratas maculas variae figurae quasi graphicas exhibens, ligno quasi afflata uti mappa geographica effigurata, lignum nullo modo penetrans. Sphaerulae confertissimae minimae in stromate quasi nidulantes.

69. *Heliopsidis* Sz.

*S. monosticha* subcomposita elongata nigra, sphaerulis truncato-rotundatis subcollapsis papillatis.



In emortuis et vivis caulibus et foliis *Heliopsisidis laevis* non infrequens. — Stipites, petiolos ambit et foliorum nervos comitatur. Crustae tenui nigrae insident sphaerulae majores, itaque nudo oculo conspicuae, truncato-rotundatae, subcollapsae, juventute farctae, non confluentes, margine caespituli sterili. In foliis occurrunt maculae steriles aut una alterave sphaerula ornatae; sed ad caules et nervos dense agmine ad duas vel tres uncias per longitudinem sphaerulis consitae sunt.

70. *graminis*. Frequens in foliis andropoginum, elymorum, juncorum.

71. *scirporum* Sz.

*S. monosticha* confluens elongata crassiuscula rimosa margine undulato nigra, ostiolis seriatis brevissimis.

In scirpo triquetro (americ. Elliot) prope Narrows ipse inveni; ex Georgia misit cl. Lecomte. — Fungus lineam crassitie superat, superficie rugulosus et quasi striatus apparet, totam paginam dorsi folii dimidiam ad triunciam longitudinem occupat, ater, absque nitore. Sphaerulae copiosae majusculae. Ostiola quasi in lineas confluentia, folii subtilissimas strias sequentia, pustulaeformia.

72. *Trifolii*. Passim in foliis *Lespedezarum*; magna.

73. *Brachystemonis* Sz.

*S. monosticha* minuta subbullata inaequalis epiphylla nigra, sphaerulis compressis, ostiolis latentibus.

In foliis *Brachystemonis Virginici* (aut tenuifolii) vivis autumnis. — Maculae nigrescentes, duas lineas longas, folii latitudinem aequantes in aversa facie foliorum efficit, superficie subbullata, inaequali, cui insident 3–4 sphaerulae compressae, ostiolis imperceptilibus. Maxima pars subiculi sterilis.

74. *Anethi*. In caulibus plantarum majorum, v. c. *Ambrosiarum* etc.

75. *longissima*. Passim, locis siccis, in caulibus plantarum majorum.

76. *nebulosa*. Vulgaris in caulibus *Solani* et multorum aliorum.

77. *Sarraceniae* Sz.

*S. monosticha* effusa effigurata tenuissima epiphylla cinerea, sphaerulis minutissimis, ostiolisque subsetaceis pulverigeris nigris.

In foliis siccis *Sarraceniae* purpureae et rubrae. — Distinguitur colore cinereo, efficiens maculas varie configuratas unciales et triunciales. Subiculum seu cortex tenuissimus cinereus. Sphaerulae cum cortice assurgentes, variolosam quasi reddunt superficiem. Ostiola sparsa, subsetacea, adperso pulvere nigerrima.

78. *picea*. Frequentissima in caulibus herbarum.

79. *striaeformis*.  $\alpha$ ) frequens in *Arundinaria macrosperma*;  $\beta$ ) in *Juncis* rarior;  $\gamma$ ) in caulibus *Zae* rarissima.

80. *velata*. Rarior ad ramos emortuos Berberidis.

81. *uda*. Rarior ad ramos querneos et varietas in cortice carioso radicali.

82. *colliculosa* Sz.

S. effusa tenuis subeffigurata colliculosa nigerrima, sphaerulis maximis sparsis crusta tectis, ostiolis minutis papillatis.

In cariosis truncis Quercus lyratae etc. rarior. — Maculas margine et ambitu varias efficit, ligno imposita, neque penetrans; nigra aliquo nitore quasi oleoso. Sphaerulae irregulares subjacent crustae, sed non in lignum penetrant, quibus crusta ut tegumentum plicatum circum-circa imposita est.

83. *spiculosa*. Passim lignis v. c. Sambuci adnascitur.

84. *spinosa*. Non infrequens ad Acera, Betulas exoletas et Inglandes.

85. *horrida* Sz.

S. magna late effusa crassa aterrima, sphaerulis densis majoribus, ostiolis pyramidatis crassis longisque.

In ligno putrido Acerino. Affinis priori, sed sphaerulis non emersis, ostiolis longis distincta. Lignum latissime nigrum reddit, ut prior, sed crusta crassiori, plena sphaerulis obtegit. Sphaerulae majores, dense nidulantes, passim non monostichae, sed aggregatae, etiam subliberae. Ostiola crassa teretia et pyramidata, obtusata, in superficie lineam longa, ad latera longissima, ad tres lineas accedentia; hinc horrida facies.

86. *limaeformis* Sz.

S. magna late effusa aterrima, sphaerulis obovatis basi coulitis, ostiolis tetragonis dense obtecta.

Sub cortice, ligna castanea et querneae, ad sepes construendas usitata, longe lateque ambit. — Magna, late longeque effusa, superficie spinosa dura. Sphaerulae majores, semiliberae, rugosae, obovatae, parte inferiore coalitae. Ostiola tetragono-pyramidata, e parte libera sphaerulas cingentia fungum reddunt similem limae, dentibus ordine quodam dispositis. Ad marginem occurrunt simplices. — Memorabile est, cyniphen quandam hanc sphaeriam diligere et saepe bullosam reddere.

87. *Sassafras* Sz.

S. longitudinaliter effusa nigra, sphaerulis maximis confluentibus rugosis, ostiolis minimis deciduis.

Frequens in rimis corticis Lauri Sassafras. — Intra rimas longitudinaliter effusa, demum ubi cortice orbatum dilatata. Sphaerulae pisi fere magnitudine truncatae vel subglobosae. Ubi maxime confluunt stromate quasi bicorticato connectun-



tur, extus nigerrimae, intus luteo-fuscae. Ostiola minima, decidua, sphaerulam perforatam linquentia. Etiã sphaerulae simplices occurrunt; inde affinis est *S. mammaeformi* et *truncatae*.

88. *Yuccae gloriosae* Sz.

*S. minuta orbiculata impressa epiphylla nigra, velo quodam cinereo tecta, ostioli minutis punctiformibus.*

Frequens in emortuis foliis *Yuccae gloriosae* Fayetteville. — Totum folium nigromaculatum reddit caespitibus sparsis, lineam unam aut alteram longis, orbiculatis, margine flexuosis. Sphaerulae globosae, pro ratione fungi majusculae. Stroma parcum, sed superficies plana, connexa, epidermidem circum circa nigro tingit.

FAM. V. TUBERCULATAE.

89. *ferruginea*. Passim in cortice *Coryli*.

90. *ciliata*. Rara in prunis et ulnis.

91. *prunastri*. Frequens in *Pruno serotina*.

92. *scutellata*. Frequens in *Prunis* et *Corno florida*.

93. *Radula*. In ramis pruni, et fagineis.

94. *nivea*. Rara et huc usque solum in ramis *Pyri mali* reperta.

95. *leucostoma*. Frequens in ramis *Persicae*.

96. *Betuli*  $\beta$ . *tentaculata*; passim in *Corpino*.

97. *corniculata*. Passim in *Platani*, *Lauri* etc. ramis.

98. *microstoma*. Frequens in *Pruno serotina* et *Persica*.

99. *tumida*. In ramis *Rubi strigosi*.

100. *pustulata*. Ad ramos *Sabinae* et aliorum *Juniperorum* frequens.

101. *scoparia* Sz.

*S. oblonga* tuberculis crassis ligneis nigris seriatis, ostioli tuberculo suo triplo longioribus teretibus.

Rara in cortice *Iuglandis nigrae*, longis lineis decurrens. — Tubercula confluentia series, unciam unam ad tres et amplius longas, constituunt; inferius alte in fibras ligni penetrare videtur, ut *S. fibrosa* et inde cinereum colorem habet. Tuberculis frequenter insident frustula corticis. Ostiola longissima, tuberculis triplo longiora, confertissima, teretia, attenuata, aterrima, laevia, exacte pilos scopae referentia. Similis *S. pulchellae*, sed diversa.

102. *Iuglandicola* Sz.

*S. pustulis seriebus parallelis provenientes subconfluentibus laeviusculis, ostioli prominulis obtusis.*

Frequens in ramis corticis juniorum ramorum Iuglandis albae. Pustulae irregulares, bilineares.

103. *Liquidambaris* Sz.

S. tuberculata minor cum cortice assurgens, ostiolis confertis teretibus nigro nitentibus.

In ramis *Liquidambaris* non infrequens. — Tubercula orbiculato-depressa, corticem rami radiatim findunt. Stroma cinereum, in quo nidulantur sphaerulae nigrae flexuosae.

FAM. VI. CIRCINATAE.

104. *pentagona*. Rara in ramis Lauri Sassafrae.

105. *coronata*. Frequens et distinctissima in *Bignonia* radicante.

106. *capsularis*. Elegans ac distincta in emortuis ramis *Ampelopsis* quinquefoliae — Wilkes County.

107. *Pugillus* Sz.

S. *circinata* majuscula immersa atra, ostiolis in cylindrum compressum conflatis, supra divergentibus, singulis capitulo lutescente coronatis.

Ad ligna dura acerina cortice orbata crescens, non male refert pugillum clausum. Profunde in substantiam ligni immersae sphaerulae sunt circinantes aterrimae, numerosae, circumdatae materia alba, e ligno orta. Ostiola connata in cylindrum compressum, interdum oblongo-ellipticum ascendunt per lignum et ad semilinearem altitudinem supra lignum. Tum cylindrus dividitur in 3, 4, 5 ostiola divergentia, ut digiti pugilli subclausi. Horum singulum est forma cylindrica, transversim plicatum, aterrimum, coronatum capitulo, sphaeriae forma, lutescente, viridi pruinato, pupilla nigra.

108. *pulchella*. Non infrequens in Pruno.

109. *faginea*. Passim in *Liriodendro*.

110. *quaternata*  $\beta$ . maxima sub cortice *Rhois glabrae* et Fagi.

111. *platanoides*. Late effusa in Platano occidentali.

112. *convergens*. Distincta in *Robinia*.

113. *umbilicata*. In caulibus *Lonicerae* sempervirentis.

114. *salicina*. In ramis salicinis rara.

115. *Tessella*. Rarior in ramis salignis.

116. *aequilinearis* Sz.

S. *circinata* in materia fuliginosa nidulans erumpens, sphaerulis seriatis nigris, ostiolis papillatis rugosis.

In ramis emortuis Berberidis nostratis. Sphaerulae situ protracto. Ostiola papillata, rugosa, plicata, globosa, aterrima, per longas lineas parallelas corticem penetrant, et parum prominent.

117. *Vitis*. Sz.

S. circinata minor nigra, sphaerulis majusculis subtrinis coalitis librum elevantibus, ostiolis pulveraceis.

Rarior in junioribus ramis Vitis in libro, ubi decorticati sunt. — Tres vel quatuor sphaerulae majusculae sub cortice interiori seu libro nidulant, corticem bullosum reddunt et in pustulam coalescunt. Ostiola irregularia, subpulveracea, nigra. Sphaerulae farctae materia indurescente.

FAM. VII. CAESPITOSAE.

A. Papillatae.

118. *decolorans*. Frequens in Ribe.

119. *coccinea*,  $\beta$ . *ochracea*. Frequens in variis.

120. *populina*. Passim in quercu.

121. *appendiculata*. Frequens in Ribe et in Melia Azedarach.

122. *insidens* Sz.

S. caespitosa atra, sphaerulis ovatis flexuosis confertis subpapillatis opacis, receptaculo difformi suborbiculari fusco-nigro.

Ligno arido et corticibus superfusa. — Sphaerulae ad dimidiam magnitudinem seminis papaveris accedentes, saepe minores, ovatae vel flexuosae vel regulares. Receptaculum plerumque ex parte sterile, duriusculum.

123. *divergens* Sz.

S. caespitosa atra, receptaculo papyraceo, sphaerulis insidentibus, ostiolis longissimis rectis divergentibus.

In ramis Liquidambaris dejectis. Receptaculum tumidiusculum, caespes sphaerularum 2-4 lineas diametro aequans, suborbicularis, cingitur epidermide. Sphaerulae atrae, vel cinerascentes, ostiolis teretibus longissimis s. sphaerula sua triplo longioribus, divergentibus.

124. *castaneae* Sz.

S. Caespitosa nigra erumpens, receptaculo tuberculoso, sphaerulis insidentibus confertis truncatis papillatis.

Autumno frequens in cortice Castanearum. — Caespites ovati, tres lineas longi, epidermide rupta cincti, dense et copiose proveniunt. Receptaculum tuberosum, fusco-nigrum, durum, subelevatum. Sphaerulae numerosae, 30-100



in singulo caespite confertissimae, atrae, subglobosae, connatae, truncatae, manifeste papillatae: papilla decidua cum parte superiore sphaerulas inanes monstrat, quasi cellulas apum.

125. *quercuum* Sz.

S. caespitosa nigra confluens erumpens epidermide cincta, receptaculo tenui, sphaerulis subglobosis albo-farctis papillatis.

In cortice juniore quercus. — Affinis priori et imprimis alba sphaerularum massa diversa.

126. *Calycanthi* Sz.

Caespitosa nigra erumpens, receptaculo byssoide, sphaerulis depressis albo-farctis papillatis majusculis.

In ramis emortuis Calycanthi. — Caespites copiosi, sparsi epidermidem elevant. Subovati sunt minus lineae diametro; sphaerulae subconfluentes, circiter 12 depressae, quaedam manifeste, aliae vix papillatae: asci oblongi.

B. Astomae.

127. *aucupariae* var.  $\gamma$ ) sub cortice Rhois glabrae minor.

128. *varia*. Rarior in pruni Cerasi ramis.

129. *Berberidis*. Passim in ramis Berberidis.

130. *epiphylla* Sz.

S. caespitosa nigro-fusca nitida, receptaculo pulveraceo lutescente, sphaerulis astomis obovatis minutissimis confertis caespitose aut fasciculatim insidentibus.

Loco inconsueto crescit, scilicet in foliis adhuc virentibus Galegae Virginicae. Sparsa in foliorum pagina superiore punctiformis vel oblonga vel linearis, diametro lineam non aequante. Receptaculum e mutata substantia folii ortum, pulveraceum, lutescens et fuscescens. Sphaerulae globosae minutae obovatae. Statu juniori subpellucida.

131. *Gleditschiae* Sz.

S. caespitosa erumpens astoma, receptaculo spadiceo, sphaerulis farctis subconatis atris conicis.

Frequens in cortice Gleditschiae. — Sparsa in cortice, bilinearis. Sphaerulae circiter denae, connatae, conicae.

132. *cupularis*. Vulgaris et interdum maxima.

133. *Cucurbitula*. Frequens in ramis emortuis Meliae Azedarach.

134. *morbosa* Sz.

S. caespitosa astoma maxima, receptaculo bullato fusco, sphaerulis minoribus irregularibus albofarctis.

Ramulos prunorum omnium receptaculo seu crusta deformi, bullosa, nigra, ad pollicis crassitiem obducit. Huic insident ubique densissimae innumerae sphaerulae minores, irregulares, atro-nitentes, astomae aut minutissimae, papillatae, applanatae, vel umbilicatae, continentes gelatinam albam conflata ex ascis clavatis. Crustae subjacet cortex defiguratus arboris, nam cortex ramuli extenditur ad longitudinem pedalem in massam spongiosam, dimidiam unciam crassam, versus ambitum cavernulis aliquot irregularibus refertam, quorum parietibus interne granula Gummi adherent; haec massa num sit effectus ictuum Cyniphis nescimus, videmus tamen hic illic exesum foramen, forte e profundo progressae; neque vero exuvias animalculi. Morbum lethalem Cerasorum et omnium Prunorum efficit.

F A M. VIII. S I M P L I C E S.

A. platystomae (Lophium Fries.)

- 135. *pileata*. In ligno carioso Liquidambaris.
- 136. *cristata*. In ramis Aceris Negundo.
- 137. *dehiscens*. Passim in lignis.
- 138. *compressa*. Rara in lignis.
- 139. *diminuens*. Passim in ramis Sambuci.
- 140. *episphaeria*. Vulgatissima in Sphaeriae Stigmate et aliis.

B. macrostomae.

- 141. *dryina*. Rarior ad ligna semiputrida.
- 142. *rostrata*. Ad ligna in cellis.
- 143. *lagenaria*. Varietas nigra parasitica in Sphaeria clypeata nostra.
- 144. *stricta*. Passim, verbi causa in Robinia.
- 145. *cirrosa*. Frequens in lignis maxime putridis.
- 146. *lineata*. Frequens in lignis duris.
- 147. *biformis*. Passim ad ligna putrida.
- 148. *tubiformis*. In foliis Ulmi et Liriodendri.
- 149. *Gnomon*. In foliis Castaneae pumilae.
- 150. *setacea*. In foliis betulinis.
- 151. *Solani*. Non infrequens locis suis.
- 152. *acuta*. Frequens in stipitibus.
- 153. *petiolorum* Sz.

S. simplex sparsa sphaerulis subcorticalibus atris tuberculo albicanti immersis, ostiolo tereti longiusculo.

In petiolis foliorum emortuorum variorum, imprimis Liquidambaris. Sphaerulae solitariae, raro geminae, cinctae tuberculo truncato albo-pulverulento, magnitudine capitis aciculae minimae. Ex hujus centro exsurgit ostiolum teres, rigidum, lineam unam ad duas longum. Gelatina viridi-alba, ascis inflexis, sporulis maxime approximatis.

154. *Spina* Sz.

S. simplex sparsa erumpens, sphaerulis nigris; ostioliis pyramidato-conicis obtusis durissimis.

In cortice ramulorum juniorum Fraxini. — Ex epidermide erumpit sphaerula, ostiolo spiniformi, crasso, pyramidato-conico, tam duro, ut cultello dividi non possit; ascendit ad altitudinem duarum linearum, in tuberculo rami oriens, basi subrotunda cortici affixa. Gelatina alba, ascis flexis. Spinosa quasi reddit ramulum.

C. Brachystomae.

155. *lecythea* Sz.

S. simplex epixyla submacrostoma, ostiolo cylindrico, sphaerula fusciscente minuta compressa nuda.

Ex ligno carioso sparsim proveniens. Rara. Ostiolum dimidiam partem sphaerulae adaequans. Sphaerula longitudinaliter compressa. Exacte refert cum ostiolo suo ampullam portatilem, qua liquores spirituosos tecum portas.

156. *pyramidalis* Sz.

S. simplex sparsa epiphylla, sphaerula tetragona pyramidata nigra: ostiolo fusciscente acuto.

Rara in foliorum pagina inferiore, initio nidulans sub epidermide, sed tum insigni caterva proveniens. Nigra, ostiolo subfuscescens. Cava. Magnitudo vix sphaeriae Gnomonis.

157. *rubella*,  $\alpha$  et  $\beta$ . frequens praesertim ad caules Panici aut Milii max.

158. *fimeti*. Passim in feno observatur.

159. *Papilla* Sz.

S. simplex sparsa atra majuscula late conica papillata, ostiolo minuto.

Passim ad ligna cariosa acerina.

Sparsa, fere nunquam approximata, magnitudine seminis Papaveris somniferi referens papillam; ligno parum immersa, late conica, interdum circum ostiolum subventricosa.



160. *mammiformis*. Maxima interdum crustae fuscae insidens. Ad ramos et cortices.

161. *pomiformis*. Vulgaris in lignis.

162. *seriata*. Frequens in rimis lignorum duriorum.

163. *putaminum* Sz.

S. simplex sparsa majuscula conico-globosa lineis fasciata fusca, ostiolo crasso ampullaeformi.

Sparsim insidet undique putaminibus Persicarum frequens.

β) minor atra in fructibus putridis Juglandis et Quercus rara. — Magnitudine cedit semini papaveris. Conica aut dolioliformis, circumcirca lineata ut vasa figulorum nigra aut fusca, sive, e viridi brunneo nigra. Ostiolum teres, longiusculum collum ampullae refert; poro maximo, saepe apice dilatato.

164. *tuberculosa* Sz.

S. simplex sparsa majuscula ovata glabra atra, ostiolo maximo oblongo ovato, tuberculis exasperata.

In ligno carioso betulino, ita ut ostiola sphaeriaemorpha sola conspiciantur. — Sparsa et aggregata, antecedente paullo minor. Ostiolum dimidiam sphaeriam latitudine aequat.

165. *Sclerotium* Sz.

S. simplex sparsa major fusco-brunneo, ostiolo immerso: poro rimaeformi demum subrotundo.

Rarior in ramulis Hydrangeae? junioribus. — Primo obtutu refert Sclerotium, sed est sphaeria regularis subglobosa, fusco-brunnea, lineam alta. Tota sphaeria quasi receptaculo sub epidermide insidens, caeterum libera: intus lutescens, sacco manifesto. Ostiola nullo modo elevata, sed rinae transversalis ad instar aperta, demum in subrotundum porum contracta.

166. *sphaerocephala* Sz.

S. simplex majuscula cum epidermide decolorata assurgens aterrima, ostiolis pluribus.

In ramis junioribus Hydrangeae aut forsan Lauri Sassafras. — Multae congregatae in maculam epidermidis lutescentem aut pallidam, cum epidermide arte adhaerente assurgentes. Ostiola plura similia ostiolis tuberculatarum Sphaeriarum, protrudunt globos pellucidos, subpersistentes ut Sphaeriae astomae. Sed una tantum Sphaeria est nec aggregata.

167. *Peziza*. Rara occurrit in fagineis lignis.

168. *Byssiseda*. Multo major quam Europaea; frequens occurrit in ramis multis.

169. *cinerea*. Rarior et elegans in fimo vaccino.

170. *aurantia*. Frequentior in Boletis et aliis fungis.

171. *rosella* Sz. Conspect. fung. Rarior sed distinctissima ad terram sub truncis putridis.

172. *pannosa* Sz.

S. simplex sub panno denso luteo-sulphureo effuso nidulans, majuscula nigra, ostioli irregularibus.

Rarior sub truncis putridis. — Tomentum sulphureum saepe sterile invenitur et sphaeriae primum ligno immersae, hic pannus ad 2 - 3 pedes ligna obtegit. Sub hoc nidulant sphaerulae majusculae, illum elevantes et superficiem variolosam reddunt. Ostiola nigra.

173. *Corticium* Sz.

S. simplex maxima, subiculo filoso-tomentoso orbiculari fusco, sphaerulis subsolitariis, ostiolo nigerrimo impresso.

In ramis Castaneis non infrequens. In subiculo orbiculari e fusco purpurascens plano, 4 lineas lato, corticiformi, e filis intertextis constituto, marginato, nascitur una, alterave interdum conjuncta, magnitudine fere pisi, tomento fusco purpurascens tecta. Ostiolum nigerrimum, nudum, acutum.

174. *truncata* Sz.

S. simplex subconfluens bysso fusco involuta, sphaeria aterrima oblonga apice truncata marginata.

Elegans species rariuscula in lignis. Primum bysso involuta; demum aterrima, nitens, dolioli-forma, apice truncata, margine annulata, ostiolo papillato conico assurgit, tum ad dimidium bysso orbatur, qua initio etiam ostiolum tegitur.

175. *subiculata* Sz.

S. simplex aggregata confluens aterrima hemisphaerica, subiculo pulveraceo sulphureo margine albo.

Frequens in ligno carioso praesertim Liriodendri et Quercus. Tomentum pulveraceum filis vix conspicuis, pulvere crasso, margine albo, caeterum eleganter sulphureum; huic insidet sphaeria, nuda, glabra, papillata. Interdum occurrit tecta ad dimidium tomento araneoso evanescente ab ostioliis. Subiculum filosum subinde evanescit, sed pulvis sulphureus semper adest et sphaerias cum radice cingit. Sphaeriae plerumque serie elongata crescunt.

176. *albicans*. Rarior in frustulis Fraxini. Bethania.

177. *seminuda*. Passim.

178. *ovina*. Satis frequens in Juglande, Liriodendro.

179. *crinita*. Passim.

180. *strigosa*. Conspect. fungor. In lignis Kalmiae et aliorum rara.

181. *pilosa*. Vulgaris in cariosis lignis.

182. *hirsuta*. Frequens locis similibus.

183. *Racodium*? Dubito, num sit Persooniana. Rara.

184. *hispida*. Passim occurrit in lignis variis.

185. *nidulans* Sz.

S. simplex aggregata, subiculo piloso nigro, sphaeriis majusculis atrocineris papillatis.

Ad ramos emortuos et virides in inundatis v. c. Corni etc. passim; etiam e Georgia misit Lecomte.

Caespites format uncias duas longos, ramulos ambientes et quasi pellicula sericea eos induentes. Subiculum sericeo-nigrum et fuscescens e pilis rigidis, erectis, intertextis. Sphaerulae tuberculato-exasperatae, papillatae, demum pertusae. Aetate sphaerulae fractae quasdam quasi cupulas in tomento subiculi monstrant. Ab omnibus differt more crescendi et nitore debili sericeo.

187. *conferta* Sz.

S. simplex aggregata globosa truncata subiculoque repente radiato-fibroso aterrimis.

In cortice Lauri Benzoin emortuo leviter innascens. Subiculum e filis crassiusculis, stellatim in cortice repentibus; ubi sparsa occurrit sphaeria, eleganter centrum florum occupat. Sphaeriae confertae, truncatae, disco impresso, demum collapsae, ut in Sph. cupulari. Ostiolum minutum, deciduum. Sphaerulae granulosae.

187. *spermoides*. Passim in lignis.

188. *Bombarda*. Sub cortice Fagi et aliorum.

189. *Patella*. In foliis Lauri Sassafras.

190. *artocreas*. Major quam Europaea, in foliis Quercus, Betulae etc.

191. *Lingam*. Ad caules herbarum.

192. *Doliolum*. In caulibus Ruborum.

193. *herbarum*. Frequentissima in caulibus.

194. *fissa*. Ad ramos Rosae et Zeae caules.

195. *operculata*. Passim ad ligna.

196. *livida*. Rara ad corticem.

197. *sanguinea*. Nisi forte nova; pellucida in lignis exesis.

198. *mobilis*. Fusca; vera sphaeria est.

199. *incrustans*. Passim.



200. *pulveracea*. Non infrequens.  
201. *inquinans*. Valde varians. Frequenter occurrit.  
202. *pertusa*. Rarior in ligno duro.  
203. *circumscissa*. Passim ad Platanos.  
204. *rhodostoma*. Conspectus fung. Elegans, rara et distincta.  
205. *Tiliae*. Passim in ramis Tiliae et aliarum.  
206. *oblecta*. Sz.

S. simplex sparsa tecta majuscula, ostiolo prominulo globoso nitente nigro.

Rara in junioribus ramis ignotis. Sphaeria majuscula, semen papaveris aequans, epidermide tecta nec prominens nisi ostiolo, quae cingit circumcirca ostiolum et tegit sphaerulam, subdepressam, cinerascens.

207. *Gossypii* Sz.

S. simplex sparsa immersa globosa purpureo-incarnata submollis, ostiolo ad superficiem elongato gelatinam fundente.

Vix capsula Gossypii invenitur sine hac Sphaeria. Minuta. Nascitur in capsulis Gossypii immaturis, primum profunde immersa, sed ostiolo etiam tum ad superficiem elongato, concolori, unde spargitur gelatina indurescens, quae capsulas purpureo-rubro inquinat. Sphaerulae non observantur nisi capsula perscissa; demum assurgunt et superficiem tum exsiccata granulosam reddunt.

208. *Potentillae* Sz.

S. sparsa simplex epiphylla globosa irregularis atra, ostiolis globosis maximis.

In foliis Potentillae canadensis subexsolutis. Maculae folii in pagina inferiore rubrae insidet. Ostiola globosa maxima, quasi sphaeriam super sphaeria referentia. Sphaeriae glabrae, interdum duae vel tres confluentes.

209. *erumpens* Sz.

S. subsimplex sparsa epidermidem attollens dirumpens fusco-cinerea squamosa ovato-depressa obsolete papillata.

Rara prodit ex epidermide Smilacis emortuae. Parte superiore glabra.

#### D. Astomae.

210. *Pulvis pyrius*. Frequens ad discum truncorum.  
211. *moriformis*. Rara. dd. var. epigaea, major in terra nuda.  
212. *tristis*. Rara in ramis et assibus.  
213. *exilis*. Consp. f. In ligno denudato Populi Italicae.  
214. *comata*. Solis in lignis Sambuci.  
215. *Dematium*. Frequens ad caules herbarum; in foliis etiam aridis.

216 *Himantia*. Passim ad caules Phytolaccae et aliarum.

217. *Aegopodii*. Rarior in foliis Uvulariae viridibus et in Hedysaro.

218. *epigaea*. Passim in terrestribus limosis.

219. *maculaeformis*. Frequens in foliis.

220. *exasperans* Sz.

S. simplex aggregata minima atro inquinans astoma, sphaerulis globosis scabris minutissimis.

Maculas unciam longas efficit in foliis et petiolis herbarum. Sphaerulae tactu asperae, in series subregulares dispositae; caeterum farctae nigrae.

221. *dendroides* Sz. *myriadea* Decand. fl. Gall. suppl. p. 145.

S. simplex epiphylla aggregata astoma maculas maximas cinereas dendroides exhibens, sphaerulis nigris erumpentibus.

Passim vere in foliis dejectis quercinis. Maculae latae in folio expansae circum nervos folii, epidermis folii inde cinerascens, cum sphaerulis minutis nigris ascendit, et quasi stellatim rumpitur. Crusta quasi bullata a sphaeriis. Sicca sphaeria vix conspicitur; madido folio nigra est, sed habet sub lente fortiori conspicuas moleculas, salium in crystalli formam enatorum aemulas.

222. *Dianthi*. Consp. fungorum. Niesk. p. 47. Frequens locis suis.

223. *punctiformis*. Rarior sed major, quam fungus Europaeus.

224. *Pustula*. Praesertim in foliis Quercus Phelli.

225. *Solidaginum* Sz.

S. simplex sparsa confluens epiphylla astoma subrotunda depressa nigra, albo - farcta.

In foliis Solidaginis, praesertim giganteae. In maculis subpulverulentis, ureдини cuidam similibus nidulant sphaeria nitidae; farctae gelatina alba.

226. *atrovirens*. Conspect. fungor. p. 8. t. 2. f. 1. Frequens in Visco, major in Kalmia, Ilice opaca et Andromeda acuminata.

227. *Cacti* Sz.

S. sparsa aggregata astoma immersa subglobosa nigra cum epidermide ascendens, demum nuda collapsa.

In foliis aridis Cacti Opuntiae frequens. — Pars libera splendet.

228. *Acrospermum*. Frequens in lignis ad ignem destinatis.

229. *cylindrica*. Passim et in stipitibus.

230. *hemisphaerica*. Conspect. fungor. p. 51. t. 8. f. 3. Rarissime in aridis lignis salicinis etc.

231. *conica*. Raro in lignis observatur.

232. *subulata*. Rarissime (una vice) inveni, Agaricum obsoletum tegentem.

E. Dubii generis.

233. *Gramma* Sz.

S. simplex majuscula epiphylla in series duplicatas congesta tuberculosa globosa collapsa nigra opaca.

Perpulchra species ornat et interficit folia Stylosanthis nostratis, rarior. Arcus binos nigros margini folii (adhuc virentis) parallelos, e lineolis quasi calamo scriptis, venarum folii directionem servantibus compositos, plerumque format. — Sphaerulae primum minutae dein majusculae, globosae, apice impressae et quasi crenatae; tecta granulis subcylindricis pellucidis, hyalinis. Caeterum cortex tenuis membranaceus et friabilis. Intus repletur sphaeria massa albida vesiculosa.

234. *Zetae* Sz.

S. minuta aggregata conferta conica tuberculosa sulcata atra, intus succo repleta, villo albicante circumdata.

Frequentissime provenit ad Zeae caulium emortuorum nodos vere et eos inquinat. Atra quasi rubescens. Siccata quasi spinulosa redditur.

235. *abnormis* Sz.

S. simplex minutissima densissime aggregata cylindrica nigra, ostiolo majusculo pezizoide aperto splendido.

Ligno caeso increscit.

Agmen harum sphaeriarum dense congregatarum eminus et a superiore facie inspectum cohors pezizularum videtur. Sphaeria singula unam lineam alta, dimidiam lata. Subiculum deest, sed ad monostichas accedit.

---

*De Sphaeriis vermicularia et pyri valde dubitatur, annon sint opera insectorum ideoque delendae.*

RECAPITULATIO.

Sphaeriae novae Carolinianae 73, in Conspectu fungorum descriptae 10, Persoonianae 152; in summa 235.

Desunt Persoonianae 31; Conspectus fungorum 8.



2. HYSTERIUM.

236. 1. *mytilinum*. Rarius in corticibus duris v. c. Juglandis.

237. 2. *pulicare*. Frequens ad ligna.

238. 3. *truncatum*. In lignis duris Robiniae pseudacaciae.

239. 4. *globosum*. Ad ramorum cortices rarius.

240. 5. *angustatum*. Passim ad ligna.

241. 6. *Smilacis* Sz.

H. sparsum lineare longitudinaliter situm atrum, minutissime tuberculatum, labiis laevibus tenuibus.

Non rarum ad emortuos ramos *Smilacis rotundifoliae*. — Longitudo 3 linearum. Labia parum elevata, non striata.

242. 7. *Juglandis* Sz.

H. sparsum irregulariter situm ovatum nigrum, labiis tumidulis distantibus bistriatis.

Frequens ad corticem *Juglandis compressae*. — Latum et breve. Labia dura et lineis duabus parallelis notata. Asci nigri.

243. 8. *longum*. Passim in lignis aridis.

244. 9. *fraxini*. Frequens ad ramos *Fraxinorum*.

245. 10. *cinereum*. Nisi forte novum majus et distinctum; convenit cum descriptione Persooni. An *Hysterium*? — In carioso ligno *Liquidambaris aridae*.

246. 11. *Rubi*. Frequens in ramis junioribus *Vitis* et plantis et petiolis foliorum rarius, in ramis *Rubi nostratis*.

247. 12. *Castaneae* Sz.

H. minutum oblongum depressum splendens nigrum intus castaneum, labiis apertis tenuissimis.

Passim in ligno *Castaneae vescae*. Parum elevatum sed non immersum. Labiis diffractis color interni castaneus proditur. Figura maxime variat, est breviter ovata, aut oblonga, aut magis elongata; sed plerumque oblonga.

248. 13. *quercinum*. Sat rarum in ramis querneis.

249. 14. *flexuosum* Sz.

H. sparsum cortici insidens flexuosum sublineare durum atrum, labiis distantibus rima interiori duplicata clausis.

Non infrequens praesertim ad ramos juniores *Prunorum* et *Quercuum*. — Non erumpens, sed cortici impositum varia directione; flexuosum, crassum, piceum, ele-

vatum, 2 lineas longum. Simile *contorto* Dittinari, sed minus confertum. Ascii tertia parte aut dimidio breviores quam parenchyma involvens, fusiformes.

250. 15. *tortile*. Sz.

H. sparsum subcylindricum varie tortum aterrimum, labiis arcte clausis.

Rarius ad corticem Juniperi Virginianae. — Fungus angustus, quandoque vermiformis, quasi attenuatus, minutus, subnitens.

251. 16. *abietinum*. Frequens in ramis Azalearum, Vacciniorum etc.

252. 17. *rufescens* Sz.

S. e rufo nigrescens ovatum contortum latissimum, demum apertum, labiis involutis.

Frequens in discis arborum caesarum. — Rufescens demum nigrum, semiimmersum, margine albo cinctum, orto e materia ligni cariosi. Dense aggregatum crescit, ut saepe unum alteri insideat longitudine unius vel duarum linearum.

253. 18. *crispum*. Frequens in lignis.

254. 19. *conigenum*. Non rarum in strobilis Pinorum.

255. 20. *plantarum* Sz.

H. immersum assurgens lineare nigrum, labiis tenuibus in carinam elevatis angustis subflexuosis.

Sub cortice plantarum emortuarum, Monotroparum. Labia longa, angusta, ut tecta domorum seu carinae in formam clausa e subrufescente nigra. Affinis H. rubi.

256. 21. *pinastri*. Frequens in foliis pinorum.

257. 22. *arundinaceum*. Passim in Arundinaria tecta.

3. GLONIUM. Mühlbg. Catal. plant. Americae septentr. Lancast. 1813. p. 101. Solenarium Sprengel pugillus plantar. minus cognitarum 1. p. 66. Kunze et Schmidt Mykolog. Hefte. I. p. 48. t. 2.

Perithecium rima longitudinaliter dehiscens, farctum gelatina alba indurescente, composita ascis fixis, thecis fusiformibus. Subiculum crassum, byssinum, cui perithecia radiatim imposita.

258. 1. *stellatum*. Solenarium byssoides Spr.

In lignis cariosis, etiam in terra lignosa, non rarum.

Tomento crasso byssino, Racodio cellari simili, valde intertexto, e fibris nigris opacis, insident perithecia, Hysterii similia, sed e centro ad longitudinem unciarum duarum radiatim divergentia, anastomosi juncta et ramificata, teretiuscula, rima longitudinali dehiscencia. Ubi radii variorum centrorum sese attingunt, unus super alterum crescit. Ad margines ramificant perithecia saepe nuda; hoc est su-



biculo expertia, ligno inserpentia. Tomentum ex nigro fuscescit; perithecia atherima sunt. Asci in perithecio teretiüsculi aut subclavati, erecti, apice versus rimam vergentes, pellucidi et singulatim examinati colore expertes. Thecae e subulato fusiformes, pellucidae. Dissepimentum, quod Kunzius vidit in speciminibus a Mühlbergio Schwaegrichenio missis, in quaque theca solitarium, in nostris non satis distincte conspicitur. — Superficies totius fungi, qui saepe longitudine et latitudine uncias 4 ad quinque emetitur, inaequalis et quasi bullata apparet.

Tab. nostr. I. fig. 1. caespes magnitudinē naturali. F. 2. perithecorum divisio, et 3. eorundem extremitates subiculo impositae auctae lente vitrea. F. 4. extremitas perithecii cum insculpto sulco lente fortiore. F. 5. perithecium transverse sectum cum subiculo et gelatinoso centro. Cortex niger paullo crassior apparet ob ipsius flexionem quam vere est. Fig. 6. Asci cum basi gelatinosa cohaerentes et perithecii cortice nigro, ut ejus relativa crassities cognoscatur, aucti lente vitrea foco semilineari.

#### 4. X Y L O M A.

##### A. epixyla. (Leptostroma Fries?)

##### 259. 1. *Smilacis* Sz.

X. effusum confluens tenacius, peritheciis multis minutis orbiculatis, medio quasi tuberculatis Sz.

Ad longitudinem ulnarem stipites emortuos *Smilacis laurifoliae* et *rotundifoliae* ambit, maculis rugosis inaequalibus atris eas inquinans. Hinc inde subcinerascit et occurrit etiam peritheciis sparsis. Substantia tenuis, sicca; interdum, sed rarius, aperta inveniuntur perithecia.

##### 260. 2. *confluens* Sz.

X. peritheciis confluentibus epidermidi subimmersis truncato-applanatis atro-nitentibus, filamentis lateralibus immersis.

Ad insignem longitudinem et latitudinem caules *Eupatoriorum* magnorum adhuc semiviridium infestat. Filamenta circumcirca tenuissima, sub epidermide repentia.

##### 261. 3. *Liliorum* Sz.

X. sparsum oblongum vel subdifforme orificio centrali applanatum atro-nitens.

Passim ad caules *Hemerocalis* et aliarum *Liliacearum*, hieme. Tenue, 1, 2, 3 lineas longum. Centri orificium quasi pezizoides.

##### 262. 4. *nitens* Sz.

X? sparsum minutum semiglobosum elevatum atrum nitidissimum.

In caulibus cum priore, a quo tamen valde differt habitu. Lineam dimidiam latum et longum. An Sclerótium? nunquam enim apertum inveni.

263. 5. *scandentium* Sz.

X. sparsum subconfluens subimmersum minutissimum oblongum crassiusculum atro-nitens.

Lineam dimidiam longum, subimmersum fibris corticalibus Glycines monoicae et aliarum, cum quibus facillime solvitur de caule. Frequentissimum.

264. 6. *Actaeae* Sz.

X. sparsum saepe confluens minutissimum punctiforme nigrum opacum sub-orbiculare tenuissimum.

Frequens vere in caulibus Actaeae racemosae emortuis. Vix semilineam longum, non nitens, orbiculare vel difforme, effiguratum, tenuissime quasi afflatum; demum varie ruptum. Nidulat sub epidermide plantae, unde subtiliter striatam habet superficiem.

B. Epiphylla.

265. 7. *Andromedae ligustrinae* Sz.

X. maculaeforme tenue rugosum atrum margine effiguratum linea lutescente septum.

In foliis viridibus Andr. ligustrinae Sz., an var. Andr. proliferae? Unciam dimidiam longum et latum. Margine perithecia quasi simplicia protrudit, unde ambitus polyedrus redditur, accedit margo inaequalis lutescens in folii substantia. Pro ratione non crassum.

β) var. *Vaccinii*, frequens in Vaccinio frondoso, minus, orbiculatum et bullatum.

266. 8. *acerinum*. Frequens in foliis Aceris rubri; plerumque margine rubro cinctum.

267. 9. *punctatum*. Elegans et distinctum in foliis Vaccinii staminei, nunquam in Aceris foliis.

268. 10. *Prini* Sz.

X. orbiculatum globoso depressum utrinque prominulum corrugatum atrum infra albo-cinctum.

Frequens in foliis Prini verticillati autumnno. Proximè accedit ad X. salicinum, unciam dimidiam fere latum, tres lineas crassum, in utraque folii pagina elevatum. In pagina inferiore folii cingitur linea alba sericea, e ascendente a folii epidermide glabriore.



269. 11. *Ilicicola* Sz.

X. maculaeformis effusum effiguratum crassum atro-nitens: supra corrugatum, infra laeve albo-cinctum.

Frequens in vigentibus foliis *Ilicis* prinoidis, autumnno. Irregulare semunciam latum et longum, peritheciis minime separatis.

270. 12. *velatum* Sz.

X. minus orbiculatum pallide marginatum opacum: supra nigro-fuscum inferne cinereum, intus ochraceum.

Folia vigentia *Ilicis* prinoidis interdum copia magna infestat. Pagina inferior tegitur quodam quasi velo cinereo; quo deciduo dirumpitur in frustula stellata, et deoperitur nucleus ochraceus, ceraceus, subfuscus. NB. Initia veli etiam in priore observantur.

271. 13. *Asteris* Sz.

X. minus oblongum tenuius subeffiguratum rugosum nigrum opacum, ambitu suo folium decolorans.

In foliis vigentibus *Asteris* *Tradescanti* et aliorum rarissime. Initio et ipsum velo tenuissimo cinereo subtectum, rugosum, absque splendore.

272. 14. *Diospyri* Sz.

X. magnum tenuissimum substellatum atrum opacum, peritheciis subsimplicibus.

In omnibus fere foliis junioribus *Diospyri* *Virginianae* cressit. Affine X. stellari. Maculas constituit duas tresve uncias latas, compositas ex innumeris minoribus maculis (ceu peritheciis) discretis confluentibus, aliquo modo interdum radiatim dispositis, et in centrum magis confluentibus. Siccum folium rugulosum reddit hic fungus et concavum vel profunde impressum; in viridi folio planus et expansus conspicitur. Piceus vel ater est in folio vivido, subcinerascens in sicco; pagina inferior fuscescit.

273. 15. *afflatum* Sz.

X. magnum tenuissimum rotundatum subeffiguratum nigrum, subtus cinereum opacum.

Frequens autumnno in foliis emortuis *Actaeae* racemosae. Constat e multis peritheciis minutis confluentibus in maculam 1-2 uncias latam, margine eroso.

274. 16. *Rhois*. Sz.

X. maculaeforme, minus tenue, rotundum subeffiguratum rugosum atro-nitens rubro-marginatum, infra subvelatum.

In foliis *Rhois glabrae* et *corallinae*. Tres vel quatuor lineas longum et latum; pagina superiore atro-nitens corrugatum, margine rubro cinctum, pagina inferiore cinerascens subvelatum, spargens gelatinam atronitentem, indurescentem. Corpuscula illa sphaeriacomorpha, quae in *X. rubro* (polystigmate) observantur, etiam in hoc sunt. (In exsiccato *Xylomate* video tantum massam granuloseam nigram et post dimidii diei macerationem vesiculas flavescentes minores et minimas forma subrotunda vel oblonga, quibus omne *Xyloma* repletur. Sz.)

275. 17. *Annonae* Sz.

*X. maculaeforme* tenuissimum venisequum piceum, peritheciis baseos confluentis marginalibus discretis.

Foliis *Annonae tripetalae* insidet rarissime; sed ubi arbor infecta est, in omnibus fere foliis reperitur. E margine et angulo interiore venarum folii ascendunt maculae elongatae, 2–3 uncias longae ad marginem (proxime superioris venae haud attingentem) effiguratae, fusco-nigrae, opacae. In pagina superiore maculam e badio nigram vides.

276. 18. *nervale* Consp. fungor. Niesk. p. 64. Rarius in dejectis foliis *Populi dilatatae*.

277. 19. *Fothergillae* Sz.

*X. sparsum* aut confluens majusculum orbiculare immersum fusco-nigrum corrugatum splendens submarginatum.

Foliis *Fothergillae alnifoliae* insidet. Majus et colore locoque diversum a *X. alneo*. Immergitur folii substantiae, ut folii margo paullum promineat.

278. 20. *Toxicodendri*. Sz.

*X. sparsum* majus forma irregulari elevatum atrum subnitens superficie inaequali, junius punctiforme.

Frequens autumnno in foliis viridibus *Rhois radicans*.

279. 21. *orbiculatum* Sz.

*X. sparsum* majus orbiculatum (rarissime difforme) elevatum atro-nitens, margine determinato.

Frequens in pagina superiore *Diospyros Virginianae*, 1–2 lineas latum.

NB. In variis nostris *Prunis* maculae observantur, quae ad *Xyloma rubrum*, (polystigma) spectant — sed nunquam inveni fungum eiformatum.

B. Minora.

280. 22. *herbarum*. Consp. fung. 65. t. 4. f. 6. In petiolis et foliis *Galii* et aliorum rarius.



281. 23. *pezizoides*. Passim in foliis querneis.  
282. 24. *sphaerioides*. Frequens in foliis *Kalmiae*, *Andromedae acuminatae* et *Ipomaeae trilobae*.  
283. 25. *hysterioides*. Elegans, major quam Europaeus fungus, in foliis siccis *Andromedae acuminatae*.  
284. 26. *concentricum*. In foliis *Lauri Sassafras* non infrequens.  
285. 27. *fagineum*. Frequens in foliis *Castaneae vescae*.  
286. 28. *alneum*. Non rarum in foliis *alneis*.  
287. 29. *carpineum* Sz.

X. punctiforme subconcentricum et sparsum elevatum nigro-fuscum, maculae pallidae insidens.

In foliis *Carpini* ut puncta spargitur. In quendam conulum aut globulum elevatum.

288. 30. *ulmeum* Sz.

X. aggregatum subconcentricum minus subglobosum atrofuscum corrugatum nitidulum albocinctum.

Frequens locis udis in foliis emortuis *Ulni americanae*. In pagina superiore folii aggregata sunt perithecia crassa, raro confluentia; in pagina inferiore apparent perithecia ut puncta sphaeriam simulantia. Crusta cinerascente cinerea quasi pulverulenta, quae late cingit perithecia, ab omnibus differt. Haec crusta videtur esse epidermis ulnea per *Xyloma* elevata et a parenchymate soluta. Massa interna granulosa sub microscopio maxime augente lutescens.

289. 31. *asteromorphum* Sz.

X. minutum radiatum congestum, peritheciis orbiculatis convexis emarginatis rugosis atro-nitentibus.

In foliorum *Betulae virentium* pagina superiore. Puncta crebra quasi stellatim ordinata, quae lente vitrea perlustrata sistunt multas, quasi concentricas sparsas pezizulas convexas, juniores interspersas majoribus, raro confluunt. — Differt a reliquis *Xylomatibus*, sed hic locandum est.

290. 32. *Liriodendri* Sz.

X. solitarium subquadratum tenue glabrum nigrum.

Rarius occurrit in exsiccatis foliis *Liriodendri Tulipiferae*, 1-2 lineas latum.

## 5. NEMASPORA.

### A. sphaerioides.

291. 1. *chryosperma*. Rarior in ramis. Vere.  
292. 2. *leucosperma*. Ad ramos *Robiniae Pseudacaciae*.

B. Amorphae.

293. 3. *crocea*. Rarior, v. c. in Betula.

294. 4. *populnea*. Ad ramos Populi dilatatae.

6. TUBERCULARIA.

295. 1. *vulgaris*. Rarior, nec fere in aliis, quam Ribe rubro.

\* *cornea*, cuneiformis, pulvere seminali cinnabario Bosc. Berlin. Magaz. V. p. 88. t. 6. f. 12. In foliis pineis, quas necat, interdum integras arbores conficiens.

296. 2. *granulata*. Praesertim in ramis siccis Robiniae et Pruni serotinae.

297. 3. *confluens*. Ad truncos Acerinos. Affinis vulgari.

298. 4. *Castaneae*. In ramis Castaneae vescae, passim.

299. 5. *rosea*. Rarissima in lichenibus Malorum.

300. 6. *ciliata*. Conspectus fungor. p. 68. t. 5. f. 6. Non rara in stipitibus dejectis.

301. 7. *nigrescens* Sz.

F. subsparsa, passim confluens pulvinata contorta nigro-nitens glabra vix immersa minor.

Rarius provenit in ramis exsiccatis.

Ordo secundus. Sarcocarpi.

7. SPHAEROBOLUS.

302. 1. *stellatus*. Vulgaris tempore humido, praesertim in pulvere coriariorum.

8. THELEBOLUS.

303. 1. *stercoreus*. In stercoreis vere.

9. PILOBOLUS.

304. 1. *crystallinus*. Passim in fimo equino, ad finem Octobris.

305. 2. *roridus*. Ad finem equinum semel. Distincta species.

10. SCLEROTIUM.

306. 1. *Cocos* Sz.

S. giganteum oblongum subterraneum, cortice ligneo fibroso-squamoso duro brunneo, intus laeve carnosum-suberosum.



Rarius in terra, praesertim in pinetis sabulosis. Ab incolis ad morbos sanandos adhibetur. — Ellipticum aut subreniforme, magnitudine capitis humani, nucem Coccoë exacte refert. Subterraneum est, rarius effossum. Cortex unciam crassus, fibrilloso-squamosus, durus, colore radicum Pinorum. Intus uniforme laeve, materia carnosu-suberosa repletum, odore fungoso-farinaceo. Color in adultis subcarneus.

307. 2. *fungorum*. Frequens in Agaricis.

308. 3. *muscorum*. Non infrequens locis suis.

309. 4. *lacunosum*. Majus. An idem fungus quam Persoonianus? colore luteo.

310. 5. *durum*. Minus quam Europaeum, ad caules majorum herbarum rarius.

311. 6. *complanatum*. Rarius inter folia.

312. 7. *Brassicae*. Nunquam inveni in Brassicis, sed in caulibus Liliorum.

313. 8. *varium*. Ad nervos Brassicae et ad caules Solani tuberosi.

314. 9. *Semen*. Passim in rejectamentis.

315. 10. *Erysiphe*. Passim ad folia Corylea et alia, v. c. Uvulariae.

316. 11. *Caladii* Sz.

S. epiphyllum confertum punctiforme oblongum elevatum atro-nitens intus album.

Agmine denso sed situ sparso, non contiguo insidet foliis, praesertim autem tegumento capsularum putridi Caladii sagittae-folii.

317. 12. *quercinum*. Rarius in foliis Quercus et Juglandis.

318. 13. *scutellatum*. Conspect. fung. p. 74. t. 3. f. 6. Passim agmine in foliis aridis Juglandis.

319. 14. *sphaerioides*. Passim in ramis junioribus.

320. 15. *populneum*. var.  $\alpha$ ) in foliis Lauri Sassafras.  
 $\beta$ ) in foliis Liriodendri.

321. 16. *Paspali* Sz.

S.? globoso-compressum extus squamuloso-muricatum testaceum, intus lutescente-album simile.

Frequens ad semina Paspali ciliati, pisi fere magnitudine. Squamae superficiei acutae. — Pluvioso tempore in gelatinam dissolvitur, sicco tempore et aetate intus subfarinosum est et aliquo modo grossis abbreviatis quasi fibris brevibus intermixtum. Interdum sed rarius insectum observavi intus locatum; an hujus opus sit hoc corpus? Maneat vero ejus mentio, ut ulteriori investigationi commendetur.

322. 17. *Orobanches* Sz.

S. oblongum aut vermiforme et contortum teres superficie tuberculatum nigrum, intus simile album.

Frequens ad radices et caules Orobanches Virginicae emortuos, vere. Interdum simplex Sphaeriae simile, sparsum et aggregatum, interdum elongatum, curvatum, interdum quasi reticulatum anastomosans; saepe unum alteri superimpositum, a lineae quadrante ad duas lineas longum, durissimum atque tenax. Etiam massa interna tenax et subtilissime gelatinoso-membranulosa.

11. TUBER.

323. 1. *album*. Passim in silvis.

324. 2. *virens*. Consp. fung. p. 77. t. 8. f. 3. Rarius in pinetis. Hope. Salisbury.

NB. Tuber cibarium a beato Mühlenbergio, etiam ab amicissimo Van Vlechio in Pensilvania olim inventum, mihi non obviam factum est.

\* *Upperrhiza*. Globosa superficie radiculosa; radicibus terram potentibus; priusquam eam intrant, in caudicem complexis. Intus solida angiolis oblongis tortis pulverigeris. Nees syst. fung. p. 159. 40.

\* *Carolinensis*. Bosc. Berlin. Magaz. V. p. 88. In aggere prope Charlestown. Nigra, siccitate indurescens.

Ordo tertius. Dermatocarpi.

F A M. I. T R I C H O S P E R M I.

NB. Minora hujus familiae genera ut *Physara*, *Didermata*, *Cribrariae* etc. inensibus Junii et Julii sole tam torrido vigent, ut vix recte ac plene examinari queant. Certo plures species hisce locis latent, quam inventae sunt, si quidem ex iis judicare licet, quas exoletas et imperfectas observavimus.

12. G E A S T R U M.

A. pedicellata.

325. 1. *pectinatum*. Rarius apud nos.

326. 2. *quadrifidum*. Una vice ad rupes arenarias fluvii Neuse prope Raleigh legimus.

327. 3. *minimum* Sz.

G. peridio ovato basi plano candido glabro subpedicellato, ore plano-conico ciliato, volva multifida fusciscente subtus candida.

Passim ad terram nudam, locis graminosis. Peridium pisi majoris magnitudine, breviter pedicellatum. Os plano-conicum e ciliis connexis, demum revolutis et apice discretis. Radii multi, ex basi integra fornicata, eleganter revoluti, ubi ter-



ram attingunt, fusciscentes, subtus (i. e. expansi) candidi, semunciaie spatium occupant, ubi expansi sunt.

B. sessilia.

328. 4. *rufescens*. Passim ad colles apricos.

329. 5. *hygrometricum*. Vulgatissimum; exacte congruit cum descriptione; variat magnitudinē, interdum 3 uncialem latitudinem expansis radiis adipiscitur. Ex Cherokee et Georgia etiam accepi.

330. 6. *fibrillosum* Sz.

G. peridio subgloboso laevi sessili, volva multifida, extus fibrilloso-squamoso: radiis acuminatis recolligentibus. Rarius ad terram nudam, etiam ut antecedens, cui affine, volvam recolligens. Peridium non reticulatum. Radii numerosiores et extus non glabri; semper fere etiam acuminati, intus rufescentes, expansi, duas uncias lati. Pulvis seminalis badius.

(*Batarrea phalloides*.)

13. BOVISTA.

331. 1. *nigrescens*. Locis graminosis in silvis.

332. 2. *plumbea*. Frequens in graminosis.

333. 3. *candida* Sz.

B. media, corticē albo: exteriore byssoide in frustula abeunte; interiore glabro, lana lutescente, pulvere ferrugineo.

Non infrequens locis graminosis silvaticis. Major plumbea. Cortex exterior abit in frustula disrupta, persistentia, majora. Instruitur radiculis.

14. ARACHNION. Nov. Genus.

Peridium cortice externo tenui evanescente, interno suberoso irregulariter rupto: repletum globulis appressis non connexis. — Est similitudo cum Pisocarpio.

334. 1. *album* Sz.

Fasciculatum in terra nuda, madida viarum, interdum unciam longum, saepe ad unciae quadrantem vel dimidiam partem defossum. Frequens.

Peridium sericeum, glabrum, sessile, radicum, subrotundum aut irregulare; intus repletum globulis innumeris, quibus totum farctum est, dense congestis, sed non connexis, primum albis, demum cinereo-fuliginosis, magnitudine seminum minutissimarum plantarum phanerogamarum. Globuli, sine filis aut bysso interjecto, friabiles, repleti sunt pulvere seminali ferrugineo, (album tantum vidit in siccis Sn.) Refert sacculum araneae ovulis repletum.

Iconis nostrae fig. 1. exemplum ad a) corticis externi filamentosi portione-residua. 2. aliud radice majore. 3. cortex exterior lente auctus. 4. Cortex secundus albens. 5. Globuli corpus replentes parum aucti.

#### 15. TYLOSTOMA.

335. 1. *brumale*. Januario miti in hortis frequens.

#### 16. LYCOPERDON

336. 1. *giganteum*. Ad tres pedes latum inveni in prato quodam.  
337. 2. *Bovista*. In pinetis tantum, et varians colore pulveris purpurascente.  
338. 3. *pratense*. Frequens apud nos.  
339. 4. *excipuliforme*. Rarum in silvis densis, praesertim sub *Kalmia*.  
340. 5. *perlatum*. Rarum nec distinctum.  
341. 6. *candidum*. Frequens in pratis.  
342. 7. *umbrinum*. In pinetis.  
343. 8. *quercinum*. Frequens ad caudices *Quercuum*, *Juglandum* etc.  
344. 9. *pyriforme*. Frequens ad vias, ubi corticibus vaporariorum emendantur.

#### 17. MITREMYCES. Nees ab Esenbeck.

Huc omnino pertinere videtur *Scleroderma pistillare*, Persooni Synopseos fungorum p. 150., quae vero diversa species est.

Peridium globosum ore squamis coloratis clauso; intus sacco globo seminifero solis squamis peridii affixo, spatium peridii non explente. Pulvis nudus.

345. 1. *lutescens* Sz. *Lycoperdon heterogeneum* Bosc. Berlin. Magaz. V. p. 87. t. 6. f. 10. v. tab. nostram.

Provenit frequenter hieme e terra lutosa, ad latera viarum.

Peridium globosum, cortice corneo glabro, lutescente: ore eleganter coronato squamis divergentibus anastomosi junctis, elevatis plicatis, eleganter coccineis. Intus sacculus lanuginosus luteus, apice tantum cortici peridii affixus, globosus, pulvere sulphureo repletus. Peridium magnitudine globi sclopetarii (Flintenkugel) minoris, extus squamis deciduis obsitum, quae in junioris vertice in tegmen volvae, a basi sua disruptae, aemulum crasso-membranaceum planiusculum, margine repandum lutescens coeunt, et juventute et ipsae teguntur eadem gelatinosa epidermide, quae in stipite observatur; demum nudum. Insidet peridium et basi cingitur stipite longo, bis, tres aut quatuor uncias alto, conoide, basi obtuso, aut in aliquot obtusos crassosque ramulos diviso, e fibris longis tortis lacunosus cartilagineis, sic-



citae corneis, anastomosi confluentibus formato, unciam unam aut sesquialteram crasso, epidermide gelatinosa rufescente, quae abstergi facile potest. Tres aut quatuor peridia ex una basi seu stipite assurgunt, aut unum solitarium suo stipite nititur. Pulvis e globulis sulphureis absque filis.

Tabula II. fig. 1. fungus duplici peridio, altero volvam ferente. 2. solitario peridio naturali magnitudine. 3. squamae oris peridii ab interna facie, demto sacculo. 4. Peridium dissectum ut conspiciatur sacculi concrementum cum cortice et squamis peridii. Fig. 5. Peridium exsecta et elevata corticis parte, ut conspiciatur cavum et sacculus. Fig. 6. Pulveris granula lente vitrea lineae focum habente aucta.

NB. Alteram speciem minorem, incarnatam, obiter observavi in arenosis Pensilvaniae.

#### 18. SCLERODERMA.

346. 1. *citrinum*. Rarum in pinetis.

347. 2. *spadicum*. Ubique frequens.

348. 3. *Cepa*. Passim; valde distinctum.

349. 4. *polyrrhizon*. Passim vulgatissimum apud nos. Demum sese ostendit revolutum, ut Geastrum fere simulet, pulvere omnino disperso.

350. 5. *lycoperdoides* Sz.

S. peridio globoso plicato-stipitato radiculoso lutescente, squamulis badiis, pulvere nigro.

Rarum ad terram lignosam et truncos. — Peridium dupla pisi magnitudine, unciae quadrante vel dimidia vix latius, squamis badiis minutis muricatum, descendit in stipitem plicatum. Os rotundum.

#### 19. LYCOGALA.

351. 1. *atrum*. Conspect. fung. 83. t. 3. f. 3. Rarum in pinetis occurrit.

352. 2. *argenteum*. Frequens et idem, quod L. turbinatum videtur. — Interdum ad latitudinem biuncialem extenditur.

353. 3. *miniatum*. Frequentissimum.

354. 4. *punctatum*; an Persooni? Minus L. nigro, penicillatim punctatum; certo distincta species; rara.

#### 20. FULIGO.

355. 1. *rufa*. Frequens ad truncos.

356. 2. *violacea*. Passim ibidem.



357. 3. *flava*. Non infrequens.  
358. 4. *vaporaria*. Semper locis suis consuetis.  
359. 5. *candida*. Passim occurrit.

21. SPUMARIA.

360. 1. *Mucilago*. Rarius super graminosis.  
361. 2. *physaroides*. Etiam rara.

NB. Specimina imperfecta observavi, quae ad *Mucorem mutabilem* Synopseos fungor. Persoon. p. 163. spectant.

22. D I D E R M A.

A. Peridio stipitato.

362. 1. *floriforme*. Elegans, rarum in trunco vetusto.  
363. 2. *squamulosum* Consp. fung. p. 88. t. 4. f. 5. Frequens in foliis dejectis.

B. acaulia.

364. 3. *testaceum*. In stipitibus rarum.  
365. 4. *globosum*. Satis frequens in foliis.  
366. 5. *difforme*. Frequens in caulibus Solani etc.

23. P H Y S A R U M.

A. acaulia.

367. 1. *contextum*. Frequens.  
368. 2. *confluens*. Rarissime ad caudices.  
369. 3. *bivalve*. Non infrequens ad stirpes majores.  $\beta$ ) splendore aurantio distinctum.  
370. 4. *cinereum*. Rarum ad cortices pini.

B. stipitata.

371. 5. *hyalinum*. Rara species apud nos.  
372. 6. *nutans*. Frequens Junio ad truncos.  
373. 7. *sulphureum* Consp. fungor. p. 93. t. 6. f. 1.  
374. 8. *viride*. Frequens locis suis.  
375. 9. *aureum*. Non infrequens ad truncos.  
376. 10. *aurantium*. In frustulis corticis vaporariorum antiquorum.  
377. 11. *columbinum*. Rarius in truncis betulinis.  
378. 12. *squamulosum*. Sat frequens ad truncos.

379. 13. *tigrinum*. Rarius, sed distinctissimum.  
 380. 14. *farinaceum*. Valde frequens aestate.  
 381. 15. *Clavus*. Conspicitur passim inter rejectamenta.  
 382. 16. *polycephalum* Sz.

P. stipitibus coalitis lutescentibus, peridiis in capitulum aggregatis oblongis, corticis squamulis sulphureo-viridibus, pulvere nigro.

Truncum, folia, stipites, gramina agmine denso tegens in Wilkes County, mense Novembri; pro more plantarum hujus familiae multa specimina cornea fuerunt. — Multi stipites in unum coaliti conum splendidem efficiunt. Peridia oblonga compressa in capitulum congeruntur planiusculum; cortex eorum exterior desilit in squamulas sulphureo-virides.

#### 24. TRICHIAE.

##### A. pyriformes.

383. 1. *botrytis*. Frequens, praesertim in Liriodendro.  
 384. 2. *rubiformis*. Non rara ibidem.  
 385. 3. *fallax*. Passim.  
 386. 4. *clavata*. Saepe agmine 6 pedali truncos Liriodendri investit.  
 387. 5. *nigripes*. Frequens  $\alpha$  et  $\beta$ .  
 388. 6. *ovata*. In quoque Liriodendro putrido.  
 389. 7. *olivacea*. Non rara ibidem.

##### B. subglobosae.

390. 8. *nitens*. Frequens in corticibus.  
 391. 9. *varia*. Non infrequens.

##### C. filiformes.

392. 10. *Serpula*. In rejectamentis.  
 393. 11. *reticulata*. Semel in trunco muscoso.

#### 25. ARCYRIAE

394. 1. *leucocephala*. In frustulis ligneis.  
 395. 2. *flava*. Frequens in truncis putridis.  
 399. 3. *lutea* Sz.

A. minor subsolitaria, albo-lutescens, capillitio erecto ovato brevi minuto.  
 Affinis A. incarnatae.

397. 4. *cænea*. Vulgatissima ad truncos cariosos.  
 398. 5. *incarnata*. Vulgaris et ipsa.  
 399. 6. *punicea*. Non infrequens ad truncos.  
 400. 7. *globosa* Sz.

A. minutissima e sulphureo candida stipite erecto brevi, cupula minuta, capillitio globoso compacto.

Gregatim et solitarie provenit in involucris Castanearum putridarum; elegantula et caeteris multo minor.

## 26. STEMONITIS.

### A. elongatae.

401. 1. *leucostyla*. Una vice.  
 402. 2. *typhina*. Frequens.  
 403. 3. *fasciculata*. Vulgatissima, saepe maxima.  
 404. 4. *tubulina* Conspect. fungor. Niesk. p. 286. Passim.

### B. rotundae.

405. 5. *physaroides*. In truncis betulinis rarior.  
 406. 6. *ovata*. Rarissima apud nos.  
 407. 7. *papillata*. In lignis cellae tantum.

## 27. CRIBRARIA.

### A. Dictydia.

408. 1. *cernua*. Frequens in adustis.  
 409. 2. *microcarpa*. Passim ad truncos pineos.  
 410. 3. *venosa*. Etiam in udis cariosis.

### B. Cribraeae.

411. 4. *macrocarpa*. Rarior in lignis pineis.  
 412. 5. *purpurea*. Schrad. et Conspect. fungorum Niesk, p. 105.  
 413. 6. *argillacea*. Vulgaris in truncis udis.  
 414. 7. *vulgaris*. Ibidem non infrequens.  
 415. 8. *tenella*. Rarior quam caeterae, ibidem.



FAM. II. GYMNOSPERMI.

28. LICEA.

416. 1. *bicolor*  $\beta\beta$ ) *lignatilis*. Rara.  
417. 2. *circumscissa*. Sub cortice Liriodendri.  
418. 3. *variabilis*. Passim in cortice.

29. TUBULINA.

419. 1. *fragiformis*. Rarior in pinetis.  
420. 2. *fallax*. Frequens ad truncos.

NB. Huc pertinet nova species, imperfectis speciminibus inventa.

30. MUCOR.

A. racemosi.

421. 1. *flavidus*. In fungis frequens.  
422. 2. *Aspergillus*. Non rarus ibidem.

B. simplices.

423. 3. *Mucedo*. Nil frequentius.  
424. 4. *caninus*. In muscerdis frequens.  
425. 5. *murinus*. Passim in fimo Sciuri.  
426. 6. *tenellus*. In ramulis ad terram.  
427. 7. *herbariorum*. Frequens loco suo.

31. ONYGENA.

428. 1. *equina*. Locis suis passim.  
429. 2. *decorticata*. Persoon. observat. mycol. 2. p. 72. t. 6. f. 9.

Frequens. Species distinctissima. Gregaria, lignatilis, cortice primum cinereo in frustula solubili, tum capitulo orbiculari, depresso, fuligineo. Stipes firmus albo-cinereus, saepe ramosus. Major species, frequens ad truncos, agmine trinari. Ad basim stipitum observatur pannus byssoides. — Huc etiam *O. agaricina*, in agaricis parasitica — etiam in Europa a me observata, sed semper obiter.

FAM. III. EPIPHYLLI.

Pauca sunt de his praemonenda. Varietas eorum formae mira, quam in Con-  
spectu fungorum Nieskyensium jamdudum commemoravi, etiam his terris omnino  
confirmatur et laud dubium esse censerem, Puccinias statu juniore Uredines fuisse,

quanquam has in illas transire vix putaverim. Praeterea ob defectum lentis vitreae maxime augmentis mihi non datum fuit, Puccinias quoad sporularum formam distinguere et in fungillis tam minutis, quorum locus natalis tanta industria designandus sit, vix valeo firmas species constituere. Itaque quum luculenta sit plantae nutritis in parasitarum formas et dispositionem efficacia: optimum censui, nomina trivialia, a materna planta sumta, adponere quidem, sed simul fateri, me nondum convictum esse, num omnes species genuinae sint et talo satis firmo nitantur; addita simul, nota, cuinam ex Europaeis speciebus quaevis nostratum affinior sit. Tempore vernali et sole aestuante praecipue Aecidia, autumno Uredines et Pucciniae vigent. Sz.

Addit auctoris celeberrimi descriptionibus definitiones partium subtiliorum et sporularum, ope lentium fortiorum, dimidiae lineae focum habentium et microscopio composito appositarum, conscriptas, quantum post exsiccationem et diurnam macerationem cognosci illa possunt; et distinctae magis apparere plurimae species, quarum copia ab auctore sibi facta erat, editor.

### 32. AECIDIUM.

#### A. composita.

#### 430. 1. *Fraxini* Sz.

A. peridiis in conum badium depressum elevatis, demum in lacinias laticas fissis.

Maculas badias rotundas in foliis subtus prominulas, supra planas, margine fusco cinctas efficit.

#### 431. 2. *cancellatum*. Rarissime, semel tantum in foliis pyrinis.

#### 432. 3. *Crataegi* var. *Oxyacanthae*. Rara species in foliis diversarum Crataegorum.

#### 433. 4. *Rumicis*. Frequentes vides maculas in Rumice et Grossularia; sed rarissime fungus perfectus est.

#### 434. 5. *Dandelionis* Sz.

An mera varietas Aecidii Prenanthis, cui simillimum? Sporidia subglobosa, sine septo et pedicello, badia. In foliis et caulibus Tragopoginis Dandelionis. Rarum.

#### 435. 6. *Podophylli* Sz.

A. maximum orbiculare demum effusum flavo-aureum crassissimum, sporidiis subelevatis bilocularibus.

Folia et caules Podophylli saepe ingenti clade late longeque tegit, colore pulchro oculos alliciens.



436. 7. *Asperifolii*. Rarius in Cynoglosso amplexicauli.

437. 8. *Berberidis*. Rarius in foliis *Berberidis vulgaris*, montes Wilkes County obtegentis.

438. 9. *Lysimachiae* Sz.

A. diffusum pallidum minus epiphyllum, peridiis congestis dentatis, pulvere subincarnato.

In foliis *Lysimachiae quadrifoliae* et *strictae*, nisi forte duae species adsunt; nam quod in *quadrifolia* est, non pallido sed rubro colore tingitur. Maculam efficit minorem in pagina superiore foliorum.

439. 10. *Violae* Conspect. fung. Niesk. p. 118. Praesertim occurrit in *Viola hastata*, sed etiam in aliis caulescentibus.

440. 11. *Ranunculi* (abortivi). Frequens in foliis rotundis radicalibus, expers fere macula.

441. 12. *Sambuci* Sz.

V. maculaeforme magnum crassum folia contorquens aurantium exalbicans, peridiis minutis, sporidiisque simplicibus pallidis.

In foliis imprimis ad venas majores et in petiolis *Sambuci Canadensis*. Folia contorquet. Color aurantio-croceus; peridia sparsa pulvere pallido, lutescente-albo.

442. 13. *Impatientis* Sz.

V. effusum magnum expallescentis, peridiis in centro sparsis crenatis, sporidiis majoribus luteo-fuscis simplicibus.

Frequens Maio in foliis *Impatientis maculatae*. Folia bullata reddit, et macula lata lutescente, in centro obscuriore inquinat.

443. 14. *Geranii maculati* Sz.

A. diffusum hypophyllum incrassatum rubens, peridiis spissis latis margine glabris, sporidiis luteis.

Frequens et magnum in foliis *Geranii maculati*. In pagina superiore folii maculam efficit diffusam. Peridia dense aggregata. Sporidia simplicia, globosa, cellulosa, sub microscopio luteo-fusca; quaedam connata bina, quasi composita, et rarissime pedicello instructo.

444. 15. *Asterum* Sz.

A. effusum confluens tenuissimum pallide purpurascens, peridiis aggregatis immersis, pulvere albo.

Passim in foliis et caulibus *Asterum glabrifoliorum*. — Sporidia majuscula vesiculosa, globosa aut oblonga simplicia.



445. 16. *Verbesinae* Sz.

A. ovale crassiusculum minus rubroflavescens, peridiis paucis prominulis albidis.

Frequens in *Verbesina*, *Sigesbeckia* et aliis. Maculae quadrilineares. Sporidia simplicia, minutissima, pallida. Margo peridiorum integer.

446. 17. *Solidaginis* Sz.

A. effusum majus peridiis sparsis minutis.

Frequens in caulibus *Solidaginum* ante florescentiam. Simile priori.

447. 18. *Clematidis* Sz.

A. pallide rubrum, peridiis congestis paucis.

In foliis junioribus *Clematidis Virginianae*, *Bethaniae*. An species genuina?

448. 19. *Apocyni* Sz.

A. orbiculare maximum aurantium subtus pallidum, peridiis in concentricos circulos paucos digestis fuscescentibus.

In foliis *Apocyni cannabini* in montibus. — Maculae tenues. Peridia clausa e luteo badia vel fuscescentia, aperta margine lacero pallido. Sporidia simplicia albida.

449. 20. *Pentastemonis* Sz.

A. orbiculare minus crassum purpureum subtus luteum, peridiis candidis congestis.

Non infrequens in foliis et caulibus *Pentastemonis hirsuti*. Distincta species. Lineas duas latum. Peridia pro ratione plantae magnae. Sporidia luteo-fusca, simplicia, vesiculosa.

450. 21. *Helianthi mollis* Sz.

A. oblongum crassum albicans, peridiis congestis pallidis, sporidiis oblongis.

Frequens in aversa pagina foliorum *Helianthi mollis*; pilosum. Sporidia sub microscopio luteo-fusca, vesiculosa; effoeta pellucida, alba.

451. 22. *Hyperici frondosi* Sz.

A. suborbiculare (aurantium), peridiis cylindricis elevatis (albis in sicco), sporidiis albis.

Frequens in foliis *Hyperici frondosi*, *Narrows of Yadhui*. Pulcherrimum, laete aurantium, maculas minores sed frequentes constituit, interdum fere expers coloris proprii. Peridia elevata ut in *Aec. Rhamni*, cui subaffine. Sporidia oblonga, alba, pellucidiora.

452. 23. *Smilacis* Sz.

A. verrucaeforme subtus convexum supra concavum luteo-rubrum, peridiis copiosis, sporidiis albis.

Passim in foliis *Smilacis rotundifoliae* et *laurifoliae*. Distinctissimum. Verrucas crassas, cylindrico-conicas in aversa pagina foliorum efficit. Hae verrucae quasi truncatae sunt et ibi parte truncato-pulvinata peridiis immersis tecta, duas lineas ad unciae quadrantem lata, et duas tresve lineas alta. Sporidia alba, majuscula, ovalia, vesiculosa.

453. 24. *Uvulariae* Sz.

A. orbiculare candidum tenue, peridiis excentricis circinatis candidis, pulvere albo.

In foliis *Uvulariae perfoliatae* passim. Peridia in circulos congesta concentricos, in ipso centro nulla. Simile A. *Ailii ursini* demto colore in hoc flavescente.

454. 25. *Ipomoeae panduranae* Sz.

A. maximum bullatum supra impressum album, peridiis flexuosis majoribus elevatis rima ruptis, pulvere cinereo-rutilo.

In foliis *Ipomoeae* (*Convolv.*) *panduranae* frequens. Peridia crassa, laxa epidermide, majora fere quam in omni *Aecidio*, exceptis *cornuto* et *cancellato*. Sporidia minora, oblonga.

B. simplicia.

455. 26. *Euphorbiae*. Passim in foliis *Euphorbiae hypericifoliae*, sed non degenerantem reddit.

456. 27. *Pini*. Rarum apud nos, et in junioribus foliis tantum.

457. 28. *Caladii* Sz.

A. simplex in longissimis tractibus, peridiis rufo-luteis sphaeriaemorphis, pulvere aurantio.

Frequens quibusdam annis in foliis, ad eorum costam et caules *Caladii sagittae-folii*; interficit plantas. Peridia clausa sphaerias simulant.

458. 29. *nitens* Sz.

A. simplex elongatum peridiis maximis flavis splendentibus, demum irregulariter ruptis, pulvere aurantio.

In foliis, petiolis et ramis junioribus *Rubi strigosi* frequens. Plantas totius regionis ita investit perennae redux, ut tandem omnino destruat; aestate. Ad *Uredines* accedit; sed peridium distinctum habet. Peridia demum inter se confluent.



## 33. U R E D O.

A. Rubigo Pers.

459. 1. *Euphorbiae*. Non rara in foliis *Euphorbiae maculatae*.  
 460. 2. *confluens*  $\beta$ . Rara in carnosis foliis v. c. *Veratro albo*.  
 461. 3. *Alchemillae*  $\beta$ . Certo quidem eadem, quae in *Alchemilla*. Passim in foliis antiquis per hiemem vigentibus *Potentillae Canadensis*.  
 462. 4. *Rosae*. Non dubito eandem esse, quae viget frequentissime in *Agri- monia Eupatoria*, autumno, nunquam in *Rosis* apud nos.  
 463. 5. *miniata*. Frequens sed tantum in *Rosa pauciflora*.  
 464. 6. *linearis*. Sat frequens in frumento.  
 465. 7. *Campanulae*. Raro occurrit in *Campanula perfoliata*.  
 466. 8. *Circaeae*. Passim in foliis *Circaeae Canadensis*.  
 467. 9. *Elephantopodis* Sz.

U. major, acervulis impressis sparsis orbiculatis laete flavis.

In foliis et caulibus *Elephantopodis* tomentosi autumno perquam frequens.

Affinis U. farinosae. Acervuli statu seniori quasi *Pezizulam excavatam* in folio linquunt.

468. 10. *Ipomoeae* Sz.

U. minor sparsa non confluens laete rubra.

Frequens in pagina inferiore *Ipomoeae trilobae*. Affinis Ur. *Tussilaginis*.

469. 11. *Clinopodii* Sz.

U. orbicularis afflata laxa lutescens.

Frequens autumno in foliis *Clinopodii incani*. Affinis U. *menthae*.

470. 12. *minima* Sz.

U. minutissima punctiformis pallide aurantia sparsa, peridiis subconicis.

Frequens in aversa pagina foliorum *Azaleae nudiflorae*.

471. 13. *Smilacis* Sz.

U. peridiis varie flexuosis minutis aggregatis saepius concentricis badiis, pulvere luteo-fusco.

Frequens in foliis *Smilacis rotundifoliae*; insidet maculis lutescentibus.

472. 14. *Solidaginis* Sz.

U. compacta clausa rubra linearis, interdum longa.

Frequentissima in omnibus fere majoribus *Asteribus*, *Solidaginibus*, *Vernoniis*; affinis U. *pustulatae*.

473. 15. *Terebinthinaceae* Sz.

U. aggregata subsolida pustulata clausa indurescens miniata majuscula.



Frequens in aversa pagina foliorum crassissimorum Silphii terebinthinacei.  
Affinis populinae.

NB. In omnibus fere autumnalibus plantis ex classe Syngenesia ut in Helianthis, Asteribus, Solidaginibus, Silphiis etc. etc. occurrunt. Rubigines, quae an species distinctas efficiant, difficillime dijudicatur.

B. Nigredo.

474. 16. *scutellata*. Satis frequens in Euphorbia hypericifolia.

475. 17. *Betae*  $\alpha$ . et  $\beta$ . Passim in foliis Betae hortensis et in Ipomoea pandurana.

476. 18. *Viciae*. Fabae. In caulibus Viciae Fabae.

477. 19. *appendiculata*. Vulgaris in Phaseolis et in Piseo sativo [Caecomurus.]

478. 20. *flosculosorum*. Conspect. fung. In Kulinia, Eupatoriis, et aliis flosculosis. [Caecomurus Link.]

479. 21. *Heucherae* Sz.

U. orbicularis maculae lutescenti insidens, peridiis subconcentricis densis nigro-spadiceis, pulvere nigro-fusco.

Passim in foliis Heucherae Americanae et villosae. — Peridia primum clausa, demum pulverem spargentia, minuta. Affinis U. Anemouse.

480. 22. *Caladii* Sz.

U. punctiformis solitaria, maculae magnae lutescenti insidens, pulvere fusco.

In aversa pagina foliorum Caladii frequens. Primum clausa, demum pulverem spargentia peridia.

C. Albugo.

481. 23. *candida*. Frequens in Thlaspi.

482. 24. *Cheiranthi*. Valde distincta species, rarius occurrens in Cheirantho hortorum, sed frequentissima in foliis Portulacae oleraceae.

D. Ustilago.

483. 25. *segetum*. Frequens et lethalis in Hordeo, Tritico, Avena etc.

484. 26. *Caricis*. Rarius inveni ad fructus Caricum, v. c. pubescentis et aliarum.

485. 27. *Zae* Sz.

U. gigantea bipedalis spicas investit pulvere capillaceo nigro-cinereo.

Saepe madido anno campos Zea obsitos devastat. Varie saepe torta. Affinior U. Caricis, quam U. segetum.

34. PUCCINIA Link. DIC AEMONIA Nees. Bolton. fung. 4. p. XLIII.

A. sporidiis distincte bilocularibus.

486. 1. *Anemones Virginianae* Sz.

P. punctiformis sparsa badia, sporidiis clavatis in pedicellum brevem attenuatis bilocularibus.

Sporidia sub lente lutescenti-alba; in pedicellum confluant, ut hujus initium non possit distingui.

487. 2. *Arundinariae* Sz.

P. majuscula elevata pulvinata (non cincta epidermide) nigro-fusca, sporidiis oblongis bilocularibus, pedicello longo.

Rarius in foliis *Arundinariae*. Muscerdae magnitudine; eleganter sparsa per folia. Sporidiorum loculi inter se aequales, color sub lente luteus, pedicelli sporidio suo longiores, radiatim divergentes, albi, pellucidi.

488. 3. *Polygoni Pensilvanici* Sz.

P. minor aggregata subelevata spadicea opaca, primum clausa, maculae pallidae insidens, sporidiis obovato-truncatis.

Frequens in Polygono Pensilvanico; reddit plantas steriles. Sporidia bilocularia, pedicello brevi; loculis latioribus fere quam longioribus, sub lente fusca.

489. 4. *Podophylli* Sz.

P. majuscula subconcentrica spadiceo-nigra in macula lutescente, sporidiis oblongis bilocularibus aculeatis.

Passim in foliis *Podophylli*. — Sporidia ovalia sub lente lutescentia, aculeis prominulis rectis. Pedicelli non distincti brevissimi.

490. 5. *Aviculariae*  $\beta\beta$ . *Fabae*. Non infrequens in Phaseolis.

491. 6. *Circaeae*. Frequens in foliis *Circaeae*.

492. 7. *Graminis*. Frequens in culmis graminum, praesertim *Andropoginum*.

493. 8. *Heliopsidis* Sz.

P. majuscula irregularis aggregata epidermide cincta spadicea, sporidiis ovalibus elongatis longe pedicellatis bilocularibus.

Frequens in exsiccatis foliis *Heliopsidis*, etiam *Vernoniae*. — Loculi sporidii aequales, septo exacte in medio sporidio sito.

494. 9. *Smilacis* Sz.

P. major confluens difformis et stellata nigro-fusca.

In *Smilace rotundifolia* omnia folia subexsiccata occupat.



495. 10. *Helianthi* Sz.

P. minor orbicularis aggregata nigra, sporidiis globoso-ovalibus bilocularibus longissime pedicellatis.

In plurimis *Helianthis vulgaris*. — Sporidia fusco-lutea, pedicello albo, pellucido.

496. 11. *Verbesinae* Sz.

P. punctiformis sparsa fusco-nigra, sporidiis ovatis bilocularibus fuscis, pedicello brevi.

In foliis vigentibus *Verbesinae*, *Sigesbeckiae* (Richweed.) — Sporidia apice angustiora, quam basi, bilocularia: loculis aequalibus. Epidermide non cingitur.

497. 12. *Lespedezae procumbentis* Sz.

P. minor subpunctiformis sparsa fuscescens prorumpens, sporidiis oblongis bilocularibus.

Passim ad folia *Lespedezae procumbentis*. — Epidermidem paginae inferioris folii in bullas elevat, post rapturam albas, pellucas. Sporidii septum exacte in medio sporidio situm et pedicellus (albidus, longior) a sporidio distinctus est.

498. 13. *Lespedezae polystachyae* Sz.

P. minor punctiformis epidermide cincta nigra splendens, sporidiis oblongis utrinque attenuatis subbilocularibus.

Frequens in pagina inferiore foliorum. — Epidermide cincta. Sporidia magis elongata et in pedicellum attenuata, septo vix conspicuo, cujus umbra mox pone apicem sporidii, mox inferius apparet. Color sporidiorum sub lente luteus.

499. 14. *Galii* Sz. (sub *Sclerotio*).

P. erumpens globoso-ovata nigro-fusca, sporangiis clavatis bilocularibus breviter pedicellatis.

In foliis *Galii purpurei* vigentibus, sed perfectior in emortuis, tum lineam longa. — Tuberculosa assurgit cum epidermide, qua cingitur. Sporidia colore *Pucciniae graminis* paullo obscuriora.

500. 15. *Xanthii* Sz.

P. macula tenui orbiculari pallida, subtus fusco-brunnea pallide marginata, sporidiis oblongis bilocularibus pedicellatis.

In aversa pagina foliorum *Xanthii strumarum*, locis arenosis. Subtus primum pallidas vesiculas, cellularum folii aemulas, exhibet, quibus disruptis et epidermide orbatis, cohaerentem pustulam fuscam exhibent sporidia, sub lente lutea, pedicello longiore quam sporidia.



501. 16. *bullata* Sz.

P. maxima oblonga pulvinata spadicea epidermide cincta, sporidiis confertissimis ovalibus bilocularibus longe pedicellatis.

Abnormis e caule exsiccato prorumpens variarum plantarum v. c. Ambrosiae, Chenopodii. — Maxima, unciam saepe longa et lineas duas crassa, epidermide plantarum cincta et primum tecta. Sporidiorum pedicelli illis quintuplo longiores, sporidia ovalia brevia, loculis binis inter se aequalibus.

B. sporidiis globosis, septo inconspicuo.

502. 17. *Spermacoces* Sz.

P. subquadrata nigrescenti-spadicea, sporidiis globosis simplicibus, pedicello longissimo filiformi.

Frequens in foliis et caulibus *Spermacoces*. Forma quasi quadrata ex epidermide prorumpens. Sporidia fusca irregulariter globosa, apiculata aut mutica, sine septo. Pedicellus decuplo fere longior, hyalinus. Compressione separatur epidermis capitelli sporidii ut membrana continua, in qua tela cellulosa vitris, lineae dimidiaefocum exhibentibus, nondum conspicitur, et egreditur tenuissime vesiculosa materies.

503. 18. *Hedysari paniculati* Sz.

P. punctiformis sparsa fusca, sporidiis ovato-globosis fuscis, pedicello longissimo filiformi pellucido.

Frequens in aversa facie foliorum *Hedysari paniculati*. Septum in sporidio non conspicio. Pedicellus filiformis, pellucidus.

35. GYMNOSPORANGIUM Decand.

504. 1. *Juniperi Virginianae*.

NB. Omnino e genere Pucciniarum arcendum censeo et cum *Puccinia Juniperi Sabinae* Europaea novum genus, an hujus ordinis? constituere, (quod Podisomate *Juniperi* cum *Gymnosporangio Juniperi* jungendo denuo affirmat ipse Neesius). Ligulae illae tremellosae quidem sporulis onustae et forma et substantia cum fungo citato Europaeo convenit; sed noster basin memorabilem habet, nunquam in Europaeo observatam naturam. Basis, quae dicitur, corpus suberoso-carnosum, simile omnino substantiae *Boleti hepatici*, etiam colore est et instruitur stipite obconico, apice suo tenuibus ramulis *Cedrorum nostratium* (*Juniperi Virginianae*) in sola summitate arborum affixo; — deinde abit in capitulum fornicatum, durum, (fere li-

gneum, marginibus inflexis, expansum; exaratum multis foveis, in quibus tandem madido coelo protruduntur ligulae, quae ubi dejectae sunt, foveam vacuum relinquunt. Color baseos ex-incarnato cinereus, fungi fructificantis et ligulas exserentis viridissime aureus, oculos e longinquo alliciens. Caeterum capitulum pendulum est, et diametrum duarum aut quatuor unciarum habet.

Sporidia externam superficiem ligularum tegentia lineari-oblonga, subcurvata, bilocularia, post exsiccationem madefacta flavicantia, omnino similia iconi Neesii, Gymnosporangium sistenti.

36. DIDYMOSPORIUM. Nees ab Es. Sytem der Pilze p. 33.

505. 1. *Hedysari* Sz. sub *Sphaeria*.

D. globoso-depressum nigrum intus album, sporidiis oblongis utrinque attenuatis subbilocularibus.

Paginam superiorem *Hedysari* Marilandici fere omnino tegit, etiam in inferiore occurrit. Totam plantam absque detrimento nigram reddit. Rarum et distinctum. Globuli minuti distincti, sed dense aggregati, cortice nigro compacto, fragili, intus replentur gelatina alba, in qua vix ascorum et nullum sporidiorum invenio vestigium. Extus ubique teguntur sporidiis bilocularibus aut rarius trilocularibus, fuscis sub lente et paullum pellucidis. Sphaeriam diceres, nisi ubique adnata essent sporidia, et ulla alienae plantae v. c. *Stilbosporae* notabilis copia.

37. STILBOSPORA.

506. 1. *maxima* Sz.

S. sporidiis cylindrico-ovatis nudo oculo perceptibilibus irregulariter fasciculatis vel sparsis nigris.

Profuse ad longitudinem ulnarum tegit ramulos cariosos. Sphaeriam refert. Sporidia opaca, vix annulata, sparsa vel aggregata fusca vel nigra; e cylindrico ovata, interdum in bacilli fere clavati speciem elongata.

507. 2. *asterosperma*. Passim locis suis. (*Asterosporium* v. Kunze in *Regensburger bot. Zeit.* 1819. p. 225.)

508. 3. *macrosperma*. Passim ad ligna putrida.

509. 4. *ovata*. Frequens in lignis.

510. 5. *microsperma*. Ad corticem *Betularum*.

511. 6. *pulvinata* Sz.

S. pulvinato-conica: pulvinulis semilinearibus, sporidiis radiantibus subclavatis inquinantibus.



Ad ligna valde cariosa. — Sporidia ex cylindrico clavata, minutissima, opaca. Lignum atro inquinant.

512. 7. *sphaerosperma*. Frequens ad stipites majores, praesertim ad Arundinariam.

513. 8. *epiphylla* Sn.

S. sporidiis ovalibus simplicibus 4-locularibus, congestis in pulvillum epidermide primum tectum nitidum, rima dehiscentem.

Frequens vere in foliis dejectis Castaneae. Pulvinuli subrotundi aut lineares flexuosi sed breves, epidermide Castaneae tecti, nitidi nigri, quae finditur, a rima lineari media incipiendo, et eiciuntur sporidia nigra, opaca, apice et basi saepe pellucida. Simulant aliquo modo Phragmidium, ubi videntur aliquem pedicellum habere; qui vere et raro nec unquam distinctus adest. Ob similitudinem junioris fungi cum sphaeriis aderat sub nomine sphaeriae nigrificantis.

38. CORYNEUM. Nees v. Esenbeck. System d. Pilze. p. 34. t. 2.

514. 1. *corticale* Sz.

C. maculaeforme, tomento nigro nitente tectum pupillatum, sporidiis subcylindricis.

Maculas aggregatas difformes confluentes in superficie corticis Plantani occidentalis format, agmine maximo (3 ulnari). — Mentitur sphaeriam operculatam, ubi tegumenti expers est, et parenchyma corticis vix penetrat; interdum duae tales pseudosphaeriae nidulant in una macula. Sporidia cylindrica, apice et basi rotundata, curvata, nigra, subpellucida, septis trinis. Pedicellus sporidio longitudine aequalis.

FAM. IV. NON PARASITICI.

39. TRICHODERMA.

515. 1. *mycophilum*. (Uredo Pers.) Frequens in fungis.

516. 2. *fuliginoides*. Rarius sub corticibus antiquis.

517. 3. *roseum*. Frequens ad ramos et stipites.

518. 4. *viride*. Frequens locis suffocatis.

519. 5. *aureum*. Saepe in rejectamentis.

520. 6. *dubium*; an nova species? globosum, minutum, distinctum; in foliis vetustis.

521. 7. *nigrescens*. Frequens ad truncos caesos.

522. 8. *laeve*. Minus quam Europaeum, sed eleganter citrinum inter folia.

523. 9. *tuberculatum*. Copia incredibili in terra umbrosa.



524. 10. *globosum* Sz.

T. magnum globosum pulvinatum confluens cinereum, demum olivaceo-nigrum.

Copiose propullulat e ramis emortuis majoribus, praesertim Liriodendri, agmine saepe ulnari. — Fila per lentem vitream pellucida, hyalina, nigredine vix notabili afflata, septis raris vix conspicuis. Sporidia ovata, subpellucida, fusca.

525. 11. *spadiceum* Sz.

T. acervulis oblongis linearibusque confluentibus longitudinaliter sitis aurantio-spadiceum albo-marginatum.

Frequens in ligno putrido arborum, saepe agmine magno. — Acervuli subpulvinati. Basi cortice byssoide albicante cinctum. Pulvis spadiceus.

#### 40. CONOPLEA.

526. 1. *sphaerica*. Passim in ramulis et ad ligna.

527. 2. *hispidula*. Perdistincta in stipitibus herbarum hortensium.

528. 3. *atra*. Frequentissima in lignis sepium.

529. 4. *ferruginea* Sz.

C. sparsa majuscula, pulvere ferrugineo-purpureo subpulvinato.

In asseribus non rara. — Video fila breviter rigida in articulos sphaeroides apice et basi compressos, fere opacos secedentia. An Torula? Sz.

#### 41. PYRENIUM.

530. 1. *terrestre*. Omnino fungus Todeanus, quocum verbotenus convenit.

Inter Lichenem terrestrem putridum dissolutum inveni.

#### F A M. V. S A R G O S P E R M I.

#### 42. CYATHUS.

531. 1. *striatus*. Vulgaris ad cortices in silvis.

532. 2. *Olla*. Frequens ibidem et in ruderatis.

533. 3. *Crucibulum*. Frequens in pulvere coriario.

534. 4. *pulvinatus* Sz.

C. sparsus orbicularis pulvinatus clausus testaceus pulvere tectus, capsulis nigro-cinereis compressis majusculis.

In arboribus maxime putridis. — Magnitudinem unciae dimidiae vel unciae quadrantis adipiscitur. Superficie pulvere copioso badio inquinante tegitur, aetate in flocculos quasi congesto. Capsulae difformes, majusculae, numerosae, primum albae, aetate cinero-nigrae.

Classis II.

G Y M N O C A R P I.

Ordo quartus. Lythothecii.

43. PHALLUS.

535. 1. *impudicus*. Rarissimum apud nos inveni autumno, in Georgia frequentiore clariss. Lecomte observavit.

\* *rubicundus*, stipite fusiformi rufo, volva minuta grisea, pileo conico glabro badio, apice foraminulo ovali.

In Carolina australi. Bosc. Berlin. Magaz. V. p. 86. t. 6. f. 8.

\* HYMENOPHALLUS. Nees ab Esenbeck. system. fungorum p. 251.

Volvatus. Pileus ovatus, stipiti insidens, perforatus inferne indusio s. membrana cylindrica pendula.

536. 2. *indusiatus*. Semel a me forma subovali, volva igitur praeditus, inventus domum allatus et cultello persectus est; nihilominus evolvatum et indusio laxo, reticulato, omnino descriptioni Persooni conveniente praeditum se ostendit. Teneo etiam iconem Phalli indusiati e Pensilvania missi.

\* *duplicatus* pileo conico perforato indusio, abbreviato, volva ampla. Bosc. l. c. p. 86. t. 6. f. 7. In Carolina australi.

44. CLATHRUS.

537. 1. *ruber*: Nunquam hunc fungum ipse inveni vel vidi, sed clarissimus Lecomte mihi e Georgia iconem misit, ubi vulgarem invenit mense Decembri, colore coccineo.

\* *columnatus*, oblongus ramis quatuor quadrangularibus simplicibus cinnabarinus. In Carolina australi. Bosc. in Berlin. Magazin V. p. 85. t. 5. f. 5.

Ordo quintus. Hymenothecii.

F A M. I. A G A R I C I F O R M E S.

45. A M A N I T A.

A. nuda.

538. 1. *livida*. Passim mense Augusto.

539. 2. *spadicea*. Frequens eodem tempore.

540. 3. *incarnata*. In pomariis passim.

541. 4. *virgata*. Rarior in pulvere vaporariorum hortorum.

542. 5. *pusilla*. Elegantula in hortulo meo inter aspragosa.

B. *annulatae*.

543. 6. *bulbosa*. Frequens autumnno in silvis.

544. 7. *citrina*. Frequens Augusto in silvis.

545. 8. *viridis*. var. *fuliginea*, volva subobsoleta, pileo ferrugineo spadiceo in viridem vergente. Habitus omnino viridis. Non rara in silvis Augusto.

546. 9. *caesarea*. Sero autumnno in madidis rara.

547. 10. *aurantiaca*. Maxima, eximia species, quibusdã annis frequens; Augusto et Septembri.

C. *muscaria*.

548. 11. *muscaria*, varietas  $\gamma$ . *Puella* sola occurrit, reliquae varietates nobis desunt.

549. 12. *umbrina*. Frequens Augusto.

550. 13. *rubescens*. Frequens eodem tempore.

551. 14. *virescens*  $\beta$ . alba; tota alba sed habitu omnino hujus speciei.

552. 15. *aspera*. Rara autumnno sero.

553. 16. *farinosa* Sz.

A. pileo subpulverulento margine plicato, lamellis integris servatis candidis, stipite bulboso solido livido.

Frequens Augusto. Affinis lividae, sed tenuior nec volva instructa. Pileus margine eleganter plicatus, subpulverulentus, imprimis in centro, ubi pulvis tam copiose acervatus est, ut abstergi queat, unciam latus. Stipes pulverulentus, absque annulo, duas uncias altus.

554. 17. *pubescens* Sz.

A. pileo pubescente luteo margine involuto, lamellis candidis, stipite brevi bulboso e candido lutescente pubescente.

Rarus in graminosis Julio. Pileus tenui pube obtectus. Stipes brevis, vix unciam superans, bulbo crasso, volva evanescente, annulo nullo.

46. AGARICUS.

A. *Lepiota*.

555. 1. *procerus*. Frequens in campis et silvis.

556. 2. *colubrinus*. Rarus in pinetis Octobri.



557. 3. *cristatus*. In horto inter Brassicas.  
 558. 4. *felinus*. Rarior ibidem et in sylvis.  
 559. 5. *mesomorphus*. Frequens inter arbusta Septembri.  
 560. 6. *granulosus*. Rarissime in pinetis.  
 561. 7. *robustus* Conspectus fungorum Niesk. p. 147. Frequens in silvis sero anno.  
 562. 8. *mucidus*. Rarus in emortuis Fagis.  
 563. 9. *squarrosus*. Non frequens ad caudices quercuum.  
 564. 10. *aurivellus*. Ad emortuas Betulas serrulatas.  
 565. 11. *aureus*. In pratis passim.  
 566. 12. *polymyces*. Sane incredibile, qua copia haec species ineunte autumno et tum iterum Octobri pluvioso omnes truncos caesos sylvarum nostratum tegat. Vulgus, quo jure nescio, hunc, secunda vice crescentem, credit mortem porcis inferre.  
 567. 13. *caudicinus*. Rarior ad truncos.  
 568. 14. *bulbiger*. Conspectus fungor. Niesk. p. 150. Frequens in collibus sylvarum autumno.  
 569. 15. *helvolus*. Frequens in pinetis.  
 570. 16. *flexipes*. Frequens aestate locis humidis.  
 571. 17. *macropus*. Frequens in pinetis.

B. Cortinaria.

572. 18. *cyaneus*. In fine Septembris in sylvis frequentissime.  
 573. 19. *nudus*. Rarius, v. c. ad fontem Hope.  
 574. 20. *hercynicus* var.  $\beta$ . *brunneus*, colore parum violaceo, ceterum omnino idem.  
 575. 21. *violaceo-cinereus*. Frequens in uliginosis.  
 576. 22. *bicolor*. Passim in dumetis Septembri.  
 577. 23. *collinitus*. Solum in pinetis Octobri.  
 578. 24. *glaucopus*. Primo vere in hortis.  
 579. 25. *callochrous*. Frequens Augusto in silvis.  
 580. 26. *decolorans*. Majo in silvis frequens.  
 581. 27. *infractus*. Rarior in silvis.  
 582. 28. *subtortus*. Passim in silvis.  
 583. 29. *fulvo-fuliginus*. Rarior Septembri.  
 584. 30. *lepidomyces* Consp. fung. Niesk. p. 155. t. 12. f. 1. Rarus in silvis densis.  
 585. 31. *rufo-olivaceus*. Vulgaris ad vias silvarum.

586. 32. *conopus*. Rarus in declivitatibus silvarum.  
587. 33. *albo-violaceus*. Passim Augusto.  
588. 34. *argentatus*. Frequens mense Septembri.  
589. 35. *decumbens*. Frequens ubique.  
590. 36. *lentus*. Non rarus in silvis.  
591. 37. *vaccinus*. Passim in silvis.  
592. 38. *turbinatus*. Frequens ibidem.  
593. 39. *fulgens*. Non valde rarus.  
594. 40. *flavidus*. Frequentissime ad truncos.  
595. 41. *ochroleucus*. Eximia species affinis bulboso.  
596. 42. *hemitrichus*. Passim in foliis deiectis.  
597. 43. *croceus*. Passim ad truncos.  
598. 44. *cinnamomeus*. Frequens in pinetis.  
599. 45. *castaneus*. Frequens inter caeteros.  
600. 46. *decipiens*. Jam aestate occurrit.  
601. 47. *armeniacus*. Sat frequens ad colles silvarum.  
602. 48. *dilutus*. Passim in muscosis.  
603. 49. *denticulatus* Sz.

A. Cortinar. pileo subgloboso depresso piloso-squamoso fusco-lutescente, lamellis arcuatis serratis lutescentibus, stipite brevi duriusculo arcuato subsquamoso pileo concolori.

Ex lateribus truncorum putridorum habitu sicco, Aprili. Pileus semuncialis, squamulis arcte appressis, e pilis conflatis. Lamellae elegantissime serratae. Stipes pileo concolor, apice magis diluto.

C. Gymnopus.

604. 50. *illudens* Sz.

A. gregarius croceus, pileo subumbonato applanato margine inflexo glabro: striis opacis, lamellis decurrentibus, stipite longissimo basi attenuato.

Frequens autumnno ad radices arborum. E. longinquo Lactifluum refert species splendida et maxima. Unicolor croceus, etiam in stipitis axi. Pileus tres vel quatuor uncias latus, striis opacis notatus, tamen glaber. Lamellae angustae, tenerimae, densae, ramosae. Stipes longissimus, compressus, versus basin attenuatus. Odor fastidiosus.

605. 51. *pratensis*. Rarissime in collinis.

606. 52. *cohaerens*. Passim ad truncos et terram.



607. 53. *trichopus*, saltem species illa in Conspectu commemorata, non eadem cum Persooniana. Frequens autumnno pluvioso.
608. 54. *leucophyllus*. Distinctus habitu lamellarum.
609. 55. *vialis*. Frequens in silvis ericosis ad vias.
610. 56. *rimosus*. Passim ibidem.
611. 57. *curvipes*. Rarus ad truncos.
612. 58. *radicatus*. Valde frequens, interdum pileo pedali et radice sesqui pedali.
613. 59. *velutipes*. Rarus sero autumnno ad radices salicum.
614. 60. *picreus*. Frequens ad truncos putridos.
615. 61. *acutus*. Frequens in muscosis.
616. 62. *pumilus*. Ad versuras agrorum frequens.
617. 63. *conspersus*. Sat frequens in muscosis collinis.
618. 64. *badipus*. Elegantula species rara, Octobri.
619. 65. *flavo-virens*. Rarus in pinetis Rocvan.
620. 66. *leucocanthus*. Passim in silvis.
621. 67. *luridus*. Sero autumnno inter folia.
622. 68. *luteo-virens*. Consp. fung. p. 168. Frequens Augusto.
623. 69. *subglobosus*. Consp. fung. p. 169. Rarior in pinetis.
624. 70. *cerinus*. Rarissime truncigenus.
625. 71. *sulphureus*. Frequens autumnno.
626. 72. *odorus*. Variat colore pallidiore.
627. 73. *viridis*. Valde distincta species, rara, Septembri.
628. 74. *dulcamarus*. Frequens in silvis.
629. 75. *lycoperdioides*. De hoc fungo dubito, num sit Agaricus — an Merulius — an omnino novi generis. Convenit ceterum optime descriptio Persooni. Non rarus in Agaricis putrescentibus.
630. 76. *fastibilis*. Frequentissime ubique.
631. 77. *fertilis*. Passim in paludosis.
632. 78. *collinus*. Sat rarus in collinis.
633. 79. *coccineus*. Vulgaris in silvis uliginosis.
634. 80. *laetus*. Unica vice sed distinctus Octobri.
635. 81. *conicus*. Frequens in silvis.
636. 82. *psittacinus*. Rarus sed elegans.
637. 83. *laceratus*. Solitarie crescit.
638. 84. *leoninus*  $\beta$ . Passim Septembri.
639. 85. *purus*. Non infrequens in umbrosis.



640. 86. *rhodoxanthus* Sz.

A. G. solitarius, pileo rufo-luteo pulvinato, lamellis arcuatis decurrentibus flavis, stipite attenuato brevi firmo.

Aestate non rarus. Elegans, Boletum subtomentosum ita referens, ut peritissimum decipiat observatorem. Pileus unam vel duas uncias latus, interdum colore fusciscente varius. Lamellae arcuatae, decurrentes in stipitem attenuatum.

641. 87. *cinnabarinus* Sz.

A. G. minor cinnabarinus, pileo plano subimpresso margine subinflexo glabro, lamellis decurrentibus, stipite solido attenuato.

Frequens locis suffocatis silvarum. Totus fungus unicolor saturate cinnabarinus. Pileus dimidiam unciam latus. Lamellae crassiusculae decurrentes in stipitem fragilem, duas uncias longum. Caeterum affinis et forma et habitu est Merulio Cantharello.

642. 88. *geophilus*. Frequenter occurrit autumnno.

643. 89. *croceo-coeruleus*. Rarus initio Octobris.

644. 90. *eumorphus*. Ad colles silvarum rarus.

645. 91. *chalybeus*. Frequens in paludosis.

646. 92. *myomyces*. Raro occurrit in fine Septembris.

647. 93. *obscurus*. Passim occurrit Septembri.

648. 94. *fumosus*. Passim locis graminosis silvarum.

649. 95. *atrocinereus*. Rarus fungus serotinus.

650. 96. *nebularis*. Interdum in deiectionibus.

651. 97. *adstringens*. Frequens in silvaticis Augusto.

652. 98. *clavipes*. Rarissime, semel tantum.

653. 99. *rugulosus* Sz.

A. G. pileo subcartilagineo venoso-ruguloso umbonato rufo-fuligineo, lamellis confluentibus albis, stipite tenui umbrino.

Rarior in graminosis ad margines rivulorum silvaticorum. Pileus sesquiunciam latus, substantia subcartilaginea, in superficie quasi venoso-rugulosus, e vaccino cinereo-niger. Lamellae anastomosi junctae, non decurrentes. Stipes tres uncias altus.

654. 100. *pluteus*. Frequens in truncis.

655. 101. *nanus*. Ibidem non rarus.

656. 102. *humilis*. Rarus ad margines pinetorum.

657. 103. *platyphyllos*. Passim in silvis.

658. 104. *leiopus*. Frequens in pinetis.

659. 105. *albus*. Frequens autumnno in silvis.  
660. 106. *eburneus*. Rarus Augusto.  
661. 107. *discoideus*. Non frequens.  
662. 108. *chrysodon*. Sat frequens Autumnno.  
663. 109. *rubescens*. Serotinus, maximus apud nos, circa fontes Salernitanos.  
665. 111. *sericeus*. Rarius in gramineis.  
664. 110. *purpurascens* Conspectus fungor. p. 182. Ubique inter folia autumnno.  
666. 112. *confluens*. Valde frequens Septembri.  
667. 113. *cretaceus*. In pinetis rarus.  
668. 114. *sordarius*. Passim in silvis.  
669. 115. *maculatus* Conspectus fung. Niesk. p. 186. Passim in silvis.  
670. 116. *argillaceus*. Frequens ineunte autumnno.  
671. 117. *alliatus* Rarus, sed distinctissimus odore.  
672. 118. *calopus*. Non rarus in silvis.  
673. 119. *scabellus* Consp. fung. p. 189. t. 9. f. 6. Rarior inter folia.  
674. 120. *tuberosus*. Frequens in Agaricis.  
675. 121. *ramealis*. Passim ad deiectos ramos aestate.

D. *Mycena*.

NB. De *Mycenis* memoria dignum, valde rara individua, quamquam species numerosas, sese observatori praeberent, apud nos.

676. 122. *alliaceus*. Rarissimus sed perdistinctus.

677. 123. *siccus* Sz.

A. M. pileo membranaceo campanulato ruguloso pallide roseo, lamellis venosis sparsis candidis, stipite longo aterrimo nitido.

Passim autumnno inter folia deiecta. Pileus sesquiunciam latus, siccus, membranaceus. Stipes filiformis, longus, quasi lignatilis. Affinis Agarico Rotulae, etiam priori.

678. 124. *nigripes* Sz.

A. M. pileo membranaceo campanulato candido, lamellis concoloribus arcuatis latiusculis stipiti adnatis nigro albofarinoso.

Rarus inter folia, his aut terrae innatus. Pileus umbonatus, striatus, parum pellucidus, ut totus fungus substantia siccior et inodorus. Lamellae demum pallentes. Stipes subbulbosus, non splendens, sesquiuncialis, omnino tectus farina alba detergibili. Hic et prior affinis *Mycenae alliaceae*.

679. 125. *galericulatus*. Adeo rarus in truncis.

680. 126. *polygrammus*. Aequè rarus autumnno.

681. 127. *atroalbus*. Hieme exeunte ad truncos.  
682. 128. *galopus*. Rarissime ad viam Belecus.  
683. 129. *haematopus*. Una vice, Conrad Green.  
684. 130. *leptocephalus*. Rarus ad truncos autumnno.  
685. 131. *flavipes*. Rarissime in silvis pinetis.  
686. 132. *epipterygius*. Rarissime ibid.  
687. 133. *lineatus*. Rarior in gramineis.  
688. 134. *citrinellus*. Passim in pinetis.  
689. 135. *rubiginosus*. Frequentior in muscosis.  
690. 136. *hypnorum*. Passim ibidem.  
691. 137. *tener*. Non frequens in graminosis.  
692. 138. *tenacellus*. Passim in pinetis.  
693. 139. *esculentus*. Rarus in densis silvis.  
694. 140. *stylobates*. In petiolis foliorum crassiorum.  
695. 141. *elegans*. Rarissime occurrit.  
696. 142. *Adonis*. Pulcherrimum fungum in trunco Brushyfort inveni.  
697. 143. *integrellus*. Passim in paludosis.  
698. 144. *lacteus*. Rarior in pinetis.  
699. 145. *vulgaris*. In terra non rarus.  
700. 146. *corticola*. Sat frequens autumnno sero.

E. C o p r i n u s.

a) *Membranacei*.

701. 147. *comatus*. Frequens aestate ad vias.  
702. 148. *cinereus*. Non rarus in sepibus aestate.  
703. 149. *ferrugineus*. Vulgaris ad vias in lignis.  
704. 150. *vitellinus*. Elegantissimus rarior.  
705. 151. *disseminatus*. Frequens ad cavitates salicum.  
706. 152. *domesticus*. Passim in hortis.  
707. 153. *pulcher*. Frequens ibidem et in pratis.  
708. 154. *ephemerus*. In stercore vulgaris.  
709. 155. *radiatus*. In fimo bubulino et equino.

b) *subcarnosi*.

710. 156. *semiglobatus*. Frequens in stercore.  
711. 157. *semiovatus*. Rarior ibidem.



712. 158. *papilionaceus*. Frequens in pratis stercoratis.  
713. 159. *foenisecii*. Passim in pratis.  
714. 160. *fimicola*. Rarior in stercore.  
715. 161. *ericaceus*. Rarior ad vias versus Hope.  
716. 162. *nitidus*. In carbonariis aurigarum frequens.  
717. 163. *titubans*. Rarissime in stercore.  
718. 164. *cepaestipes*. Frequens in vaporariis et silvis.

F. Pr a t e l l a.

1) *annulatae*.

719. 165. *edulis*. Frequens in gramineis.  
720. 166. *campestris*. Frequens in silvis, ubi occurrit pulcherrima varietas colore pilei brunneo, et eximia regularitate squamarum nitidarum distincta.  
721. 167. *echinatus*. In pulvere vaporariorum hortorum rara.  
722. 168. *aeruginosus*. Rarissime in udis.  
723. 169. *praecox*. Passim aestate in pratis.  
724. 170. *lateritius*. Frequens sero autumnno.  
725. 171. *fascicularis*. Vulgaris ad truncos.  
726. 172. *silaceus*. Passim ad terram.

2) *nudae*.

727. 173. *stipatus*. Valde frequens.  
728. 174. *conocephalus*. Rarus inter muscos.  
729. 175. *pascuus*. Frequens in pascuis.  
730. 176. *caesius*. Rarus inter arbusta deiecta.  
731. 177. *montanus*. Sero autumnno vulgaris.

G. Lactifluus.

732. 178. *piperatus*. Copia ac magnitudine (interdum tripedali) incredibili Augusto pluvioso omnes silvas elevatiores tegit cum *Russula foetida*. A vaccis avide comeditur, quarum lac aequae ac butyrum nauseosum reddit. Vulgus anceps haeret, num mors porcorum huic, an *Lepiotae polymyceti*, an denique *Monotropae uniflorae* adscribenda sit.  
733. 179. *torminosus*. Frequens in silvis.  
734. 180. *flexuosus*. Sero autumnno frequens.  
735. 181. *pallidus*. In silvis udis frequens.

736. 182. *testaceus*. Frequens in pratis, ubi *Sphaeria lactifluorum* infestatur.  
 737. 183. *deliciosus*. Solum in pinetis.  
 738. 184. *ruber*. Passim in silvis.  
 739. 185. *subdulcis*. Frequens cum suis varietatibus.  
 740. 186. *umbrinus*. Frequens in uliginosis.  
 741. 187. *Necator*. Non rarus in silvis.  
 742. 188. *acris*. Frequens in silvis.  
 743. 189. *Indigo* Sz.

A. L. pileo umbilicato subzonato, lamellis stipite succoque in coeruleum vergente.

Solitarius sed non rarus inter folia. Major, affinis habitu et magnitudine delicioso, sed stipite longiore. Pileus tempore humido colore omnino Indigo, sicciori expallescens, tunc zonis ut in delicioso notatus. Lamellarum, stipitis et succi color pulcherrime e coeruleo et Indigo mixtus.

#### H. *Russula*.

744. 190. *niveus*. Frequens Augusto et Septembri.  
 745. 191. *lacteus*. Rarior autumnno.  
 746. 192. *rosaceus*. Vulgaris aestate.  
 747. 193. *emeticus*. Vulgaris in silvis,  
 748. 194. *depallens*. Praesertim in pinetis.  
 749. 195. *fragilis*. Frequens aestate.  
 750. 196. *alutaceus*. Frequens aestate et autumnno.  
 751. 197. *aureus*. Nitida et rarior species.  
 752. 198. *luteus*. Rarus sero autumnno.  
 753. 199. *ochraceus*. Passim ad margines silvarum.  
 754. 200. *ochroleucus*. Frequens in silvis.  
 755. 201. *foetens*. Copia ingenti Augusto.  
 756. 202. *nitidus*. Passim cum caeteris.  
 757. 203. *cynoxanthus*. Satis frequens.  
 758. 204. *lividus*. Ad scaturigines silvarum.  
 759. 205. *nauseosus*. Rarior in silvis.  
 760. 206. *furcatus*. Satis frequens in silvis graminosis.  
 761. 207. *virescens*. Fungus vulgatissimus.  
 762. 208. *olivascens*. Rarior ineunte autumnno.

## I. O m p h a l i a.

a) *Carnosae.*

763. 209. *involutus*. Rarior in pinetis.  
 764. 210. *gilvus*. Rarus in collinis silvaticis.  
 765. 211. *gibbus*. Frequens in silvis.  
 766. 212. *cochleatus*. Rarius in lignis.  
 767. 213. *bellus*. Passim non infrequens ad truncos.  
 768. 214. *Cantharellus* Sz.

A. O. minor aurantiacus, pileo undulato inflexo, stipite fragillimo cavo, lamellis raris acutis decurrentibus.

Gregarie crescit in truncis putredine consumtis et in terra lignosa frequens. Gracilis, colore Merulii cantharelli. Pileus subcarnosus. Stipes flexuosus.

769. 215. *dryophilus*. Frequens inter folia.  
 770. 216. *farinaceus*. Aequae vulgaris quam in Europa.  
 771. 217. *fragrans*. Odore suo distinctissimo inter folia, rarus, candicans.  
 772. 218. *maximus* Consp. fung. Niesk. p. 215. Rarus ad margines pinetorum.  
 773. 219. *virginus*. Rarus sero autumno in collinis v. c. pone hortum.  
 774. 220. *candicans*. Passim in dumetis.  
 775. 221. *chrysoleucus*. Mense Junio pluvioso in horto, ubi pulvis coriariorum et gramina adsunt, inventus 1817. Optime quadrat.  
 776. 222. *phyllophilus*. Passim in silvis.  
 777. 223. *Prunulus*. Omnis familiae vulgatissimus.  
 778. 224. *tigrinus*. Elegans maxime, passim solitarius aut gregarius.  
 779. 225. *setisedus* Sz.

A. O. candidus dumum lutescens minor, pileo tenui infundibuliformi, lamellis confertis tenuissimis decurrentibus, stipite setis albis stellatis.

Rarus autumno inter folia. Stipes foliis affixus, setis uncialibus stellatim divergentibus.

780. 226. *adustus*. Frequens autumno in silvis.  
 781. 227. *cyathoides*. Substantia sicca, elegans.  
 782. 228. *tardus*. Sero Octobri frequens.  
 783. 229. *expallens*. Passim sero autumno.  
 784. 230. *Epichysium*. Frequens in lignis madidis.  
 785. 231. *Nigrella*. Rarior in graminosis.  
 786. 232. *amethysteus*. Rarus initio Septembris.



b) membranacci.

787. 233. *Rotula*. Frequens locis obtectis.  
788. 234. *androsaccus*. Passim inter muscos.  
789. 235. *epiphyllus*. Frequens locis suis.  
790. 236. *Campanella*. Vulgaris ad truncos.  
791. 237. *muscorum*. Ad radices arborum inter muscos, Junio.  
792. 238. *Fibula*. Frequens in muscosis arenosis.  
793. 239. *ericetorum*. In ericetis ad vias et varietas hortensis frequens locis suis.  
794. 240. *crinitus*. Sz.

A. O. minor, pileo infundibuliformi margine reflexo et stipite crinitis, lamellis confertissimis decurrentibus pallidis,

Ex Georgia sicco statu missus a cl. Lecomte. Pileus et stipes concolor strigosus crinitus. Color pilei et stipitis videtur cervinus.

K. Pleuropus.

a) Carnosi.

α. INTEGRI.

795. 241. *ulmarius*. Passim, praesertim ad truncos dejectos Liriodendri.  
796. 242. *tessellatus*. Rarus in truncis pineis ad Hope.  
797. 243. *torulosus*. Valde frequens et praecox vere; saepe eleganter rutilans.  
798. 244. *dentatus*. Rarius inventus ad ramos dejectos.  
799. 245. *tubaeformis* Sz.

A. P. gregarius pallidus, pileo striato margine involuto attenuato in stipitem tubaeformem, lamellis decurrentibus pallidis.

Rarus ad latera truncorum, gregarie ex una radice et conferim nascuntur plures, omnes singuli dimidiati. Pileus sesquiunciam latus, lamellis arcuatis angustis basi serratis. Stipes longiusculus, attenuatus, tubaeformis, compressus, rugulosus, uncias tres vel quatuor altus.

800. 246. *strigosus* Sz.

A. P. solitarius cervino-rutilus, pileo margine inflexo stipiteque strigoso, excentrico tenaci indurescente, lamellis pallidis decurrentibus.

Ad truncos Liriodendri passim vere; an ad *inconstantem* pertinet? Variat magnitudine biunciali et semunciali. Lamellae latiusculae.

β. DIMIDIATI.

801. 247. *glandulosus*. Omnino similis sequenti, nisi glandulae ad lamellas adesset.

In truncis praesertim Liriodendri.

802. 248. *ostreatus*. - Frequens vere et autumno ad truncos.

803. 249. *dryinus*. Non raro totas arbores emortuas, ex more deplorando Carolinensium in campis stantes, insigni magnitudine occupat.

804. 250. *salignus*. Rarior ad salices toto anno.

805. 251. *serotinus*. Pulchra species et rarior, semel tantum Januario MDCCCXVII inventa est, sed ibi in truncis inundatis copiosa.

806. 252. *flabelliformis*. Rarus, sed distinctus.

807. 253. *spathulatus*. Passim.

808. 254. *pelliculosus* Sz.

A. P. dimidiatus exstipitatus, pileo subreniformi carnosomembranaceo tenuissimo strigoso fusco cervino, lamellis latis pallidis dentatis.

Autumno sero rarior ad truncos putridos, gregarius, imbricatus. — Pileus pilis maxime densis ut pellis animalis strigosus, margine nudo involuto.

809. 255. *planus*. Vulgaris ad truncos.

810. 256. *mollis*. Non rarus ad truncos.

811. 257. *stypticus*. Vulgatissimus ad truncos.

812. 258. *nidulans*. In pineis arboribus non rarus. Interdum etiam insigni magnitudine, nempe pedali, arbores emortuas adhuc stantes ad altitudinem triginta pedum obtegit.

813. 259. *tenuissimus* Sz.

A. P. resupinatus membranaceus tenuissimus, pileo subsplendente cervino conchiformi, lamellis pallidis ramosis radiatis.

Rarus inter cortices salicinos vere. Pileus vario centro aut latere porrecto, absque stipite. Lamellae e centro divergentes, tenuissimae, non valde angustae.

814. 260. *pectinatus* Sz.

A. P. dimidiatus, stipite brevi tenaci, pileo semiorbiculari plano tenuissimo pallido, lamellis albis pectinatis confertissimis.

Frequens ad latera truncorum putridorum. Stipes radicans, in truncos penetrans. Lamellae albae aut pallescentes, pectinatim ordinatae, longae.

815. 261. *variabilis*. Frequens ad rejectamenta.

816. 262. *epigaeus*. Frequens locis et cum varietatibus suis.

817. 263. *niger* Sz.

A. P. dimidiatus gregarius nigerrimus, pileo subresupinato in medio affixo pulveraceo margine plicato, lamellis margine cinereis.

Juglandis albae incola vere. Gregarius, sed non imbricatus, diametro quartam



unciae partem efficiente. Pileus niger non pellucidus. Lamellae atrae, margine cinereae, radiatae, latae.

818. 264. *striatulus*. Valde vulgaris ad ramos dejectos.

b) *Coriacei*.

819. 265. *alveus*. Valde frequens apud nos, sed tantum in Liriodendro et Juglande.

820. 266. *abietinus*. Passim ad truncos et asseres.

821. 267. *versicolor*. Rarus, etiam e Georgia missus a Lecomte. Omnino planus.

822. 268. *coriaceus*. Copia ingenti et valde varians ad truncos.

823. 269. *sepiarius*. Frequens in lignis sepium.

824. 270. *trabeus* v. Suppl. Persooni. Rarior iisdem locis, bene distinctus.

47. MERULIUS.

A. *Cantharelli*.

825. 1. *Cantharellus*. Frequens autumnno.

826. 2. *aurantiacus*. Rarissime ad scaturigines inventus.

827. 3. *lutescens*. Sat frequens in silvis udis.

828. 4. *tubiformis*. Frequens locis humidis.

829. 5. *cinereus*. Rarior inter Kalmias prope Bethaniam.

830. 6. *cornucopioides*. Frequens in silvis, minor Europaeo.

831. 7. *elegans*. Passim e cortice muscoso vivarum arborum.

832. 8. *odoratus* Sz.

*M. ramosus* membranaceo-coriaceus aurantiacus, pileo subrepando undulato margine deflexo, venis obsoletissimis, stipite tubuloso.

Ad finem Septembris rarus, etiam e Georgia missus. Caespites pedales efformat, magnitudine *M. cornucopioidis*. Caespitoso-gregarius, plures nempe ex uno stipite ramoso seu potius, ut in Lichenibus *Cladoniis*, tubus e tubo. Substantia membranaceo-coriacea, exsiccatione indurescens. Pileus abiens in tubum stipitis, usque ad radicem cavi, interdum tomento fusco indutus. Odorem violae in longinquum spatium spargit.

833. 9. *roseus* Sz.

*M. solitarius*, pileo substrigoso lobato pallide roseo subtus niveo venis oblitteratis, stipite albo attenuato.



Passim in muscosis abruptis praesertim *Kalmia* contectis. Habitus *Cantharelli* sed tenuior, e longinquo *Russulam* mentiens. Pilei margo inflexus, lobatus. Plicae oblitteratae sed tamen conspicuae. Stipes attenuatus.

b) *Dimidiati*.

834. 10. *musci-genus*. Rarissime ad truncos muscosos locis humidis.

835. 11. *Cupressi* Sz.

*M. minutus imbricatus*, pileo lobato repando membranaceo fusco, plicis pectinatis confertissimis, stipite subcentrali brevissimo.

Dense insidet foliis *Cupressi* distichae, e Georgia missus, num hujus generis? Siccus substantia, totus pulvere albo detergibili tectus. Plicae seu rugae microscopicae regulares, anastomosi junctae.

836. 12. *confluens* Sz.

*M. resupinatus pedalis*, pileo subtomentoso sublobato inflexo pallido cervino, plicis crispis pallidis.

Ad ramos praesertim alneos, vere. Affinis *crispo* et *retirugo*. Dimidiatus, elongatus, tractu pedali longo confluens

837. 13. *crispus*. Anno MDCCCXVII. rarior in ramis alneis etc.

838. 14. *tremellosus*. Valde vulgaris et magnitudine insigni, diametro sexunciali.

839. 15. *Spathularia* Sz.

*M. dimidiatus*, pileo spathulato repando ramoso subtremelloso et stipite pubescente glauco, hymenio aurantio.

Frequenter occurrit omni tempore in ramis putridis; uncias interdum duas longus, totos ramos operiens, radice longa lignum intrans, fere ut *Helotium* radicatum *Consp. fung. Niesk. p. 348. t. 8. f. 5.* Habitu accedit ad *Spathulariam*, vel *Corynen*, interdum pileus scyphorum in *Baeomyce* pyxidato formam simulat. Superficies superior, pubescens aut furfuraceo-squamulosa in statu sicciori; inferior seu hymenium venis confluentibus et in stipitis apicem decurrentibus, inde costatum, ornatur.

Tabula nostra fig. 1. specimen minus sicco statu, majus humido, magnitudine naturali. Fig. 2. Specimen simplex a superiore et inferiore facie, per lentem minus convexam lustrata. Fig. 3. Asci microscopio forti illustrati.

840. 16. *incarnatus* Sz.

*M. dimidiatus*, pileo subtomentoso coriaceo repando undulato, plicis ramosis undulatis subtremellosis luteis roseisve.

Frequens ad cortices deiectos *Quercus albae falcatae* stellatim provenit, rarissime ad terram in eorum vicinia. Pulcherrimus, major ad tres uncias latus, abnormis. Pilei imbricati aut simplices margine undulato, saepe inflexo, repando. Plicae distinctae.

## B. Serpulae.

841. 17. *destruens*. Rarus et tantum inter reiectamenta, var.  $\beta$ .

842. 18. *brassicaefolius* Sz.

M. effusus fibroso-membranaceus margine inflexus undulatus supra tremellosus, plicis poroso-sinuatis.

Haec species in domibus usurpat locum prioris, ad magnitudinem trium ulnarum, in lignis cellarum, e quibus facile solvitur, proveniens hieme, maxima et structura valde distincta. Membrana foliosa, folia majora *Brassicae* expansa omnino referens, constat luci obversa e filis *Himantiae domesticae* similibus contextis; ornatus venis, nervorum foliorum similibus, cute subtremellosa connexis. Plicae vero fructificantes diversae sunt, in centro accumulatae, ut plicae *M. destruentis*, porososinuatae.

843. 19. *vastator*. Frequens in cariosis lignis silvarum.

844. 20. *serpens*. In lignis sepium, rarus.

845. 21. *rufus*. Passim in truncis.

## F A M. II. B O L E T O I D E S.

## 48. DAEDALEA.

846. 1. *quercina*. Rarior in truncis.

847. 2. *gibbosa*. Etiam satis rara.

848. 3. *confragosa*. E Georgia misit cl. Lecomte, distinctam fulvo-fuliginis poris.

849. 4. *angustata*. Optime distincta ad truncos deiectos.

850. 5. *rubescens*  $\beta$ . Rarior ad salices.

851. 6. *albida* Sz.

D. pileo planissimo horizontali zonato glaberrimo albo, sinibus poriformibus ac lamelliformibus fuscis.

Frequens ad truncos betulae, media parte pilei affixa et ita quidem, ut horizontali semper situ sit, licet truncus, cui adnascitur declinatus sit, ingenti gregee. Pileus interdum pedalis, orbicularis. Sinus gibbi versus radicem.



852. 7. *zonata* Sz.

D. pileis imbricatis planis fusco zonatis undulatis, sinibus plerisque poriformibus.

Ad latera truncorum insignes caespites efformat. Affinis priori, pilei forma ostrearum.

853. 8. *subtomentosa* Sz.

D. minor gibbosa, zonis elevatis subtomentosis albida, sinibus poriformibus angustis albis et pallidis.

Passim. Species non valde distincta. Pileus glaber tuberculatus.

#### 49. BOLETUS.

##### A. Suilli.

854. 1. *annulatus*. Rarus in pinetis solis.

855. 2. *aurantius*. Frequens primo autumno et Junio.

856. 3. *rufus*. Species diversa a priori.

857. 4. *scaber*. Rarus ad scaturigines.

858. 5. *circinans*. Frequens autumno sero.

859. 6. *subtomentosus*. Cum varietatibus suis frequens aestate et autumno; praesertim varietas elegans maxima, pileo roseo-purpureo, stipite rubente.

860. 7. *Betula*. Sz.

B. pileo minori cervino-aurantio pulvinate viscoso tessellato-rimoso, carne luteo-alba, poris majusculis luteis, stipite longo deorsum attenuato cortice deciduo.

Ad terram lignosam frequens Augusto. Pileus unciam sesquialteram latus, tempore pluvioso splendens viscosus, tessellato-rimosus et reticulatus. Pori secedentes, fere prioris sed non virescentes. Stipes cortice undique tegitur reticulato, ad duas lineas elevato, secedente ut cortex Betularum; stipes intus et extus flavus, quinque vel sex uncias altus.

861. 8. *piperatus*. In humidis graminosis.

862. 9. *reticulatus*. Rarus, locis sphagno tectis, Rowan County.

863. 10. *floccosus* Sz.

B. verrucoso-floccosus, pileo pulvinate cinereo fusco margine revoluto et frustuloso, poris minutis candidis, stipite subannulato cinereo-nigro.

Non rarus in silvis graminosis. Pileus duas uncias latus, verrucoso-floccosus, pulverulentus, margine quasi frustulis cortinae floccosis ornatus. Stipes annulatus aut cortinatus, floccosus, pulverulentus, duas vel tres uncias altus.



864. 11. *alboater* Sz., an *Mühlenbergii*?

B. *pulvinatus* subtomentoso-velutinus niger, poris minoribus albis, stipite atro.

Frequens in silvis humidis. Pileus triunciali diametro, stipes biuncialis.

865. 12. *felleus*. Frequens in elevatis silvis.

866. 13. *castaneus*. Frequens in silvis.

867. 14. *edulis*. Frequens quibusdam annis.

868. 15. *luridus*. Valde frequens ineunte autumnō.

869. 16. *rubeolarius*. Vulgaris et insigni magnitudine, saepe bipedalis.

870. 17. *calopus*. Non rarus, elegans et distinctus.

B. B o l e t i.

a) *mesopodes*.

871. 18. *leucomelas*. Species vix separanda, quamvis non omnino conveniat cum Europaeo.

872. 19. *albidus*. Rarissime solum in declivibus montis Pilotae.

873. 20. *fuliginosus*. Passim in silvis.

874. 21. *brumalis*. Frequens fere omni tempestate, saepe insigni magnitudine.

875. 22. *perennis*. Passim in abruptis ad vias.

876. 23. *arcularius*. Poris rhombeis distinctus. Rarior ad truncos.

877. 24. *numularius*. Passim ad ramos dejectos.

878. 25. *sistotremoides* Consp. fung. Niesk. p. 243. Rarus in pinetis.

b) *Pleuropodes*.

879. 26. *frondosus*. Passim ingentibus caespitibus, etiam quadripedalis ad truncos querneos invenitur v. c. ad molam Salem.

880. 27. *giganteus*. Imo Goliath, interdum occurrunt specimina pilei diametro quadripedali.

881. 28. *cristatus*. Passim in silvis v. c. pinetis.

882. 29. *lucidus*. Sat frequens et elegans ad truncos.

883. 30. *badius*. Passim ad truncos.

884. 31. *varius*. Non infrequenter occurrit.

c) *Apodes*.

885. 32. *citrinus*. Frequens ad varias arbores. Vidi caespites quinque-pedales, tres quatuorve pedes altos.

886. 33. *croceus*. Rarior occurrit colore distincto in querneis.

887. 34. *Aesculi flavae* Sz.

B. minor subimbricatus, pileo dimidiato duriusculo fornicato glabriusculo pallido margine sterili, poris minutis sulphureis.

In arboribus, imprimis *Aesculi flavae* Wilkes County, ad ripam Yadhin. Caespites duas tresve uncias longi. Parum imbricatus, fere simplex. Pileus suberosus, subtenuis, basi crassior, glaber, tactu subtomentosus. Pori demum nigrescunt.

888. 35. *stypticus*. Passim in pinetis.

889. 36. *caesius*. Rarior ad dejectos ramos.

890. 37. *mollis*. Satis frequens ad dejectos ramos.

891. 38. *hispidus*. Passim sero autumno, praecipue ad *Quercum nigram*.

892. 39. *fuscus*. Elegans, Passim ad truncos.

893. 40. *undulatus* Sz.

B. major subimbricatus spongiosus lutescens; pileo undulato hirtio margine zonato, poris minutis candidis.

Elegans fungus ad truncos rarius occurrit, in longitudinem expansus, interdum fere substipitatus, aetate indurescens. Pileus basi incrassatus, strigoso hirtus, margine substrigosus.

894. 41. *triqueter*. Solum in truncis vivis pinorum occurrit.

895. 42. *alveus*. In trunco betulino.

896. 43. *carpineus*; varietas  $\beta$ . Liquidambaris. Tenuitate differt ab alveo.

897. 44. *gilvus* Sz.

B. unicolor, pileo subsolitario tactui velutino planiusculo, poris minutis opacis.

Passim ad juniora *Acera* et *Liquidambaris*. Minor est, eleganter gilvus. Pileus rarissime imbricatus, caeterum aequalis et parum fornicatus. Pori non nitentes.

898. 45. *adustus*. Frequentissimus et multum varians ad truncos.

899. 46. *isabellinus* Sz.

B. imbricatus late repens subresupinatus, pileo longo isabellino velutino, vix margine zonato, tenuissimo, poris nigro purpurascens, minutis.

Affinis priori, interdum resupinatus. Pileus unicolor, non zonatus nisi ad marginem adustum, tenuissimum. Pori nigri, in purpurascentem vergentes.

900. 47. *crispus*. Frequens ad truncos *Castaneae*. Species distincta.

901. 48. *fumosus*. Rarior ad truncos.

902. 49. *cervinus* Sz.

B. longitudinaliter effusus subimbricatus subresupinatus, pileo conchiformi velutino inaequali dilute cervino, poris pallidis baseos laceratis.



Rarior in cryptis ad cortices Persicarum dejectos. Pileus conchiformis, id est: basi crassus, margine attenuatus, subformicatus, substrigoso-velutinus. Pori albi vel pallidi, maiores, acute prominuli, basin versus tubuli sublacerati.

903. 50. *distortus* Sz.

B. pileis confluentibus distortis vel auriformibus cervinis, undique poris candidis pallescentibus minutis molliusculis.

Non rarus in terra vel ad radices arborum, praesertim Bignoniae Catalpae et in viis nostris, ligno munitis, caespites interdum semunciales format. Pilei numerosi, subdimidiati, distorti, auriformes, aut orbiculares; undique tecti poris candidis, demum pallescentibus, minutis, sinuatis, submollibus, qui saepe super pilei marginem seu oram increscunt, eamque crassam, porosam reddunt et in stipites spongioso-coriaceos pilei decurrunt. Plerumque invenitur fungus expers pilei, undique porosus, clavariaeformis, aut cylindricus; referens tum Boletum ramosum Synopsis Persooni. Annon Sistotrema bienne huic pertinet?

904. 51. *graveolens* Sz.

B. polycephalus imbricatus, pileis approximatis ligulatis plicatis zonatis durissimis fuscis, poris minutissimis spadiceis.

Rarior e Georgia primum missus, tum etiam apud nos in Quercubus, imprimis aquatica repertus est. Caespitem insignem capitis humani magnitudine format, durum, pileis superioribus latioribus unciam latis, duas tresve longis: inferioribus minoribus, demum fere meras clavulas formantibus, numerosissimis et tam arcte sibi appressis, ut poros contegant. Caeterum pilei margine pallidiores, durissimi, aetate adeo splendentes. Pori ob minutiem non conspicui, nisi fracto pileo. Substantia intus spadicea. Odor gravis, subnauseosus.

905. 52. *odoratus*. Rarior nec valde odoratus.

906. 53. *marginatus*. Rarior in Pyris et Persicis.

907. 54. *betulinus*. Rarissime in truncis betulinis v. c. Bethabarn.

908. 55. *unicolor* Sz.

B. solitarius, pileo semigloboso subtus plano spongioso indurescente velutino luteo, stipite centrali umboniformi, poris maximis.

Semper in truncis mediis arborum vivarum sero autumno, non infrequens, colore luteo oculos alliciens. Pileus diametro saepe quadriunciali vel sexunciali regulariter convexo, basi, hoc est ubi pori, truncatus, planissimus, primum spongiosus, molliusculus, demum siccus, tactu exacte referens pellem cervinam praeparatam,



etiam colore similis; centro stipite umboniformi, ut *Boletus betulinus*, ornatus. Subtus poris prominulis concoloribus aut paulum obscurioribus.

909. 56. *fomentarius*. Cum varietatibus frequens.

910. 57. *conchatus*. Frequens in Persicis vivis.

911. 58. *velutinus*. Frequens et interdum maximus.

912. 59. *nigromarginatus* Sz.

B. effusus subimbricatus applanatus suberosus albus, pileo hirsuto albo zonato margine late nigro, poris minutis albido-fuliginis.

In truncis *Liriodendri* solis, ad longitudinem sex, latitudinem duarum triumve unciarum effusus. Pileus strigoso-hirsutus, zonis variegatus. Pori minuti, nulli in margine.

913. 60. *lutescens*. Rara ad ligna dejecta viarum; bene distincta species.

914. 61. *ochraceus*. Passim occurrit.

915. 62. *versicolor*. Copia incredibili ad truncos et saepe maximus; possideo specimina diametro sexunciali. Variat mire et pulchre. Annon plures species sub versicolore militant?

916. 63. *cinnabarinus*. Etiam pedali magnitudine saepe invenitur et frequentissimus incola truncorum *Quercus stellatae* et *albae*.

917. 64. *abietinus*. Ad ramos pineos rarior. Specimina nostra verum *Boletum*, nihil commune habentem cum *Sistotremate violaceo*, ostendunt.

918. 65. *conchifer* Sz.

B. minor tenuis spongiosus siccescens albus, pileo conchiformi subsplendente, poris majusculis laceris.

Passim ad dejectos ramos, saepe confluens, primum spongiosus demum siccus, forma varians, plerumque *Pezizam* crasso et brevi stipite poris obsito aemulatur, magnitudine cupulae semunciali et dum excavatus fusco-zonatus, quasi *Ostream* seu *Pectunculum* simulans; alia vero perfectiora specimina pileum habent expansum, glabrum, album, subsplendentem, vix zonatum, substipitatum, semper tamen conchoidem. Pori prominuli, candidi.

919. 66. *virgineus* Sz.

B. minor tenuis subimbricatus orbiculatus substipitatus candidissimus, pileo glabro zonis tuberculatis, undulato lobato, poris majusculis.

Elegans species et delicata, habitus siccus B. *versicoloris*, unciam raro superans. Pori rotundi, tenui substantia. Ni substantia obstaret, ad B. candidum referres.

Tab. nostra fig. 4. Fungus a superiore, 5. ab interiore facie. 6. pori lente vitrea aucti.

C. Poriae.

920. 67. *Destructor*. Non rarus in domibus et ad truncos.

921. 68. *salicinus*. Frequens in salicibus et aliis arboribus.

922. 69. *spongiosus*. Sub trunco putrido, Merulio destruente obsito.

923. 70. *ferruginosus*. Elegans in Lauro Sassafras.

924. 71. *superficialis* Sz.

B. P. tenuis sicca ferrugineo-cinerascens, poris superficialibus latiusculis prominulis sublaceratis subconfluentibus.

In Pruno silvatica emortua, longe lateque repens. Pori tubis fere nullis, nec margine distincti.

925. 72. *nigropurpureus* Sz.

B. P. coriacea effusa durissima, margine inflexo sterili albescente, poris minutis flexuosis atro-purpurascens.

Sub truncis Quercus rarior, ulna saepe major. Ligneus fere, late effusus.

926. 73. *iuglandinus* Sz.

B. P. durissima immersa compressa difformis, margine sterili involuto spadiceo-cinerea, poris minutis.

In duris truncis Juglandis nigrae et Platani rarior, fissuris ligni immersus margine involuto, ita ut fere pileum efficiat. Pori obliqui, primo obtutu cinerei, demum subspadicei, nitentes.

927. 74. *contiguus*. Frequens in sepibus.

928. 75. *Medulla panis*. Passim ad truncos.

929. 76. *vitreus*. Passim ad ramos Betulae, quandoque subpurpurascens.

930. 77. *cinerascens* Sz.

B. P. membranacea separabilis subtus fusca subhirta expansa confluens, margine involuto poris majusculis obliquis cinereis.

Rarus ad latera truncorum. Papyrascens, a ligno separabilis; margine sterili, involuto, orbiculato confluens.

931. 78. *papyraceus* Sz.

B. P. membranacea tenuissima sicca adnata candida, poris maximis obliquis pallidis.

Praesertim incolit Vites emortuas. Membrana omnino refert Racodium papyraceum. Margine sterilis; in longitudinem expansus.

932. 79. *mucidus*. Frequens ad truncos putridos.

933. 80. *fimbriatus*. Satis frequens ibidem.

934. 81. *vaporarius*. Passim ad trabes, saepe pileo manifesto.

935. 82. *Tulipiferae* Sz.



B. P. maxima effusa margine involuto tenui albida, poris maximis acutis prominulis asperis irregularibus.

Frequens ad truncos emortuos Liriodendri, ad viginti pedes et amplius, saepe arbores integras circumdans, alias orbiculatus confluens, albus, demum pallidus. Pori interdum in formam Sistotrematis porrecti.

936. 83. *incarnatus*. Frequens species, praesertim ad truncos adustos.

937. 84. *nitidus*. Vulgatissima, fere semper pileo praedita species.

938. 85. *molluscus*. Non infrequens in foliis et lignis.

939. 86. *vitellinus* Sz.

B. P. subexpansa molliuscula, margine byssino, poris magnis elevatis opacioribus.

Rarus fungus in fissuris lignorum, maxime putridorum, nidulat. Color pulcherrime vitellinus, post exsiccationem remanet. Pori molles.

940. 87. *subtilis*. Frequens ad truncos locis suffocatis.

941. 88. *reticulatus*. In foliis dejectis, passim etiam in lignis.

942. 89. *lilacinus* Sz.

B. P. minor, poris aut cupulis magnis flexuosis superficialibus tomento tenui concolori denso innatis.

Hand rarus in putridis lignis autumnno. Unciam longus, totus lilacinus cum proximo medium locum tenet inter Porias et Pezizus.

943. 90. *pezizoides* Sz.

B. P. expansa subcoriacea margine byssino alba, tubis pezizoidibus cylindricis demum contortis.

Rarior, truncos occupans. Tuborum loco quasi parvae pezizae, primum cylindricae, deinde contortae, non inter se connexae nisi ad basin.

#### E. Fistulina.

944. 91. *hepaticus*. Sat frequens sero autumnno.

945. 92. *radicatus* Sz.

B. F. carnosocoriacea, pileo lobato subramoso spadiceo, tubulis liberis badiis, stipite in longissimam radicem attenuato.

Non rarus in truncis cavis, praesertim Castaneae, autumnno. Formam Agarici pleuropodis spathulati fere habet. Pileus minor, rarissime unciam superans, substantia paullum duriore quam in Boletto hepatico, caeterum eadem. Radice longissima, attenuata, lignosa, fissuras arborum ad intima penetrat.



50. SISTOTREMA.

A. S i s t o t r e m a.

a) *stipitata.*

946. 1. *confluens*. Passim in silvis autumnno. (S. bienne idem cum Boletto contorto.)

947. 2. *muscorum* Sz.

S. parvum gregarium irregulariter dimidiatum papyraceum, pileo rufo in laminam angustam stipitiformem attenuata, dentibus latiusculis pallidis.

Septembri, multo tenuius, quam S. confluens; quisque pileus duas ad sex lineas latus.

b) *dimidiata.*

948. 3. *cinereum*. Frequens in truncis caesis.

949. 4. *violaceum*. Copia ingenti languescencia Acera et alias arbores aggreditur et paucis annis conficit.

950. 5. *spongiosum* Sz.

S. maximum pulvinatum sessile, pileo subhorizontali strigoso albido-fusco, tubis crassis in dentes labyrinthicos abeuntibus.

Latitudine et longitudine sexunciali truncis vivis aut nuper caesis increscit, substantia spongiosa, liquorem stillans. Pileus basi incrassatus, subimbricatus, habitus Boleti hispidi.

951. 6. *symphyton* Sz.

S. dimidiatum subimbricatum cartilagineo-spongiosum, pileo albido-pallescente strigoso plano tenui, infra porosum: demum dentibus difformibus laceris flexuosis.

Frequens hiemali tempore, ramos deiectos ambiens. Initio poris difformibus gyrosis gaudens, demum dentes laceros, flexuosos, saepe etiam fasciculum dentium in pileo exhibens.

952. 7. *olivaceum* Sz.

S. sessile dimidiatum membranaceum, pileis imbricatis flexuosis umbrinis pilosis zonatis, dentibus subspathulatis.

Passim ad truncos Andromedae arboreae emortuos hieme et vere sessile, interdum subeffusum, tenerum, subcoriaceo-membranaceum. Pilei semunciales, strigoso-pilosi. Hymenium nunquam, neque in junioribus porosum. Dentes fere omnes spathulati, eleganter olivaceo-fusci.

B. Xylodon.

953. 8. *quercinum*. Non rarum ad ramos querneos.  
954. 9. *fagineum*. Distinctum, satis frequens.  
955. 10. *viride* Conspect. fung. Niesk. p. 262. tab. 6. f. 4. Ad truncos putridos vere.  
956. 11. *Cerasi*. Distinctissimum. Ad ramos Prunorum.  
957. 12. *fimbriatum*. Vulgare ad ramos.  
958. 13. *digitatum*. Rarum ad ramos Rhois.  
959. 14. *spathulatum*. Passim ad cortices Betulae.  
960. 15. *obliquum*. Passim ad reiectamenta.  
961. 16. *fuscescens* Sz.

S. diffusum reflexum olivaceum aut lutescens, dentibus spathulatis linearibus conicis teretibusve, subiculo concolori margine byssino.

Ramos varios ad longitudinem sexpedalem induit, dentibus dependentibus. Subiculum margine byssino sterili. Ad Hydna accedit.

962. 17. *croceum* Sz.

S. longitudinaliter effusum tuberculosum rimosum croceo-aurantium, dentibus fasciculatis in tuberculis, margine sterili.

Ad insignem longitudinem et latitudinem serpit in lignis rarius. Tubercula elevata quasi stalactitica. Dentes colore paullo magis saturato.

963. 18. *cinnabarinum* Sz.

S. latae effusum byssoides, margine sterili lato, dentibus conico-teretibus longiusculis densis.

Sub cortice. E Georgia missum habeo fungum perpulchrum. Color cinnam partium intense cinnabarinus. Dentes magis regulares, conico-teretes. An Hydnum?

964. 19. *niveum* Sz.

S. diffusum tenerius candidissimum, margine byssino, subulis poriformibus vel flexuosis.

Rarius in ramis querneis. Ubi in superiore superficie rami crescit subulis poriformibus, ubi dependet valde flexuosis utitur.

51. H Y D N U M.

A. Hydna.

a) *integra*.

965. 1. *imbricatum*. Frequens et maximum.  
966. 2. *subsquamosum*. Passim cum priori.

967. 3. *repandum*. Ingens saepe, vulgare.  
 968. 4. *rufescens*. Non rarum cum priori.  
 969. 5. *aurantiacum*. Frequens in declivibus.  
 970. 6. *compactum*. Valde frequens in vallibus autumnno.  
 971. 7. *concrescens*. Valde vulgare in silvis.  
 972. 8. *tomentosum*. Passim autumnno.  
 973. 9. *spadiceum*. Non raro occurrit.  
 974. 10. *cānum* Sz.

H. cinereo-albidum, pileo carnosio glabro, subulis et stipite longis.

Passim in abruptis muscosis. Magnitudo Hydni subsquamosi, uncialis et triuncialis.

b) *dimidiata*.

975. 11. *parasiticum*. Rarius. Distinctissimum nigrescens.  
 976. 12. *ochraceum*. Frequentissime ad truncos cum multis varietatibus.  
 977. 13. *adustum* Sz.

H. luteo-album, pileo reniformi coriaceo velutino, ad peripheriam fusco zonato, margine subulisque nigrescentibus.

Frequens ad ramos deiectos, maxime distincta species. Substantia sicca, firma. Pileus dimidiatus aut stipitatus, stipite mox laterali, mox fere centrali, firmo, subligneo, compresso, tomentoso, unciam longo; tactu velutinus, coriaceus, siccus, pallide ochraceus, vel luteo-albus, vel albidus, diametro triunciali. Subulae longae, regulares, primum lutescentes, deinde nigrescentes, quasi adustae.

Tabula nostra II. fig. 7. superior, 8. inferior facies, magnitudine naturali. Fig. 9. subulae, lente vitrea auctae.

978. 14. *Rhois* Sz.

H. sessile, pileo semiorbiculari coriaceo strigoso-zonato candido, dentibus longioribus subdifformibus compressis ochraceis.

Passim in Rhoe radicante putrida et alibi. Affine H. ochraceo, pileus diametro unciae dimidiae aut duarum, firmior quam in ochraceo, superficie omnino Boleti velutini; exsiccatus fungus non membranaceus et rigidus redditur, sed expansus manet, ut Boleti solent. Dentes non carnei, ut in H. ochraceo, demum fuscescentes; differt etiam more dentium, in margine nascentium.

979. 15. *gelatinosum*  $\alpha$  et  $\beta$ . Octobri solum ad truncos putridos.

B. *Odontiac*.

980. 16. *macrodon*. Rarum, sed distinctum, e ramis pendulum.  
 981. 17. *microdon*. Rarius ad truncos locis obtectis.



982. 18. *castaneum* Consp. fung. Niesk. p. 269. Rarum ad truncos.  
 983. 19. *mucidum*. Non rarum in fissuris truncorum.  
 984. 20. *crustosum*. Vulgare ad ligna.  
 985. 21. *farinaceum*. Passim in ramis alneis.  
 986. 22. *sulphureum* Sz.

H. effusum adnatum, subiculo tenui sulphureo, aculeis minutis rariusculis subulatis concoloribus.

Omnes fissuras ramorum explet, totum siccum, arcte adhaerens, margine byssino non fimbriato, sterili; aculei non valde conferti.

987. 23. *obtusum*. Ad truncos varios putridos.  
 988. 24. *niveum*. Frequens occurrit ad ligna putrida.  
 989. 25. *diaphanum*. Passim, etiam super folia expansum in suffocatis.  
 990. 26. *calyum* Consp. fung. Niesk. p. 271. t. 10. f. 8. Rarum ad ligna putrida.  
 991. 27. *ferrugineum*. Non rarum in truncis putridis.  
 992. 28. *Himantia* Sz.

H. effusum, subiculo filiformi subinde membrana connexo candido, dentibus conicis crassis fasciculatis cinereo-rufis.

Sub cortice Juglandis maxime putrido rarius. Subiculum filiforme, prorsus Himantiam aut Rhizomorpham referens; hinc inde fila illa crassiora membrana tenuiore connectuntur. Dentes bilineares, fasciculati.

993. 29. *spathulatum* Sz.

H. subeffusum membranaceum solubile; margine involuto fimbriato, subiculo albido-lutescente, dentibus aurantiis spathulatis obliquis.

Ad biuncialem longitudinem extenditur, membranaceo-papyraceum, a ligno solubile. Dentes lati.

#### B. Hericia.

994. 30. *coralloides*. Sat frequens ad truncos vivos sero autumno et interdum insigni magnitudine.  
 995. 31. *Caput Medusae*. Passim sero autumno. Forma globosa compacta, subulis undulatis contortis a priori distinctum.  
 996. 32. *ramosum* Sz.

H. H. pallidum ramosissimum, ramis laxis incurvis distinctis, subulis longissimis rectis tenuibus serratis.

Tres uncias longum. Differt ab *H. coralloide* habitu, loco et subulis regularibus secretis, non superincumbentibus.

FAM. IV. GYMNODERMI.

52. THELEPHORA.

A. Craterellae.

997. 1. *pallida*. Species distinctissima, rara.

998. 2. *caryophyllea*. Non rara in silvis.

999. 3. *regularis* Sz.

*T.* solitaria infundibuliformis sericeo-nitens testacea fusco-subfasciata, margine lacero, hymenio pallido, stipite fuligineo.

Frequentior in muscosis ad ripas scaturiginum. Minima. Pileus unciae quadrantem vel tres quadrantes altus, rarissime subdimidiatus, margine dilatato, lacero. Hymenium subpapillosum.

1000. 4. *cantharella* Sz.

*T.* maiuscula carnosae tenax vitellinae, pileo subinfundibuliformi, hymenii papillis raris.

Passim in declivitatibus occurrit. Non melius describitur species, quam si dicas, eam omnino *Merulium Cantharellum* referre, nisi quod minor, tenerior, tenacior, pileo margine magis inflexo et saepe dimidiato sit, atque hymenio glaberrimo, non venoso instruat.

B. Sterea.

1001. 5. *terrestris*. In pinetis iunioribus.

1002. 6. *laciniata*. Non infrequens ad radices arborum.

1003. 7. *intybacea*, substipitata.

1004. 8. *rubiginosa*. Frequens ad latera truncorum.

1005. 9. *bicolor*. Frequens, magnitudine insigni.

1006. 10. *spadicea*. Frequens ad truncos.

1007. 11. *crispa*. Passim ad truncos.

1008. 12. *ferruginea*. Ad ramos deiectos vulgaris.

1009. 13. *rugosa*. Satis frequens in vetustis truncis.

1010. 14. *styraciflua* Sz.

*T.* dimidiata subrepanda coriacea lactiflua subtomentosa griseo-lutescens, zona marginali nigra, hymenio pallide lutescente.



Rarior species in ramis deiectis Liquidambaris styracifluae. Statu vigente ubi comprimitur lacte flavo statim tingitur, unde oriuntur maculae nigrescentes.

1011. 15. *fasciata* Sz.

T. subimbricata, pileis planis coriaceis subhirsutis griseo-cinereis, fasciis spadiceis nitentibus, hymenio testaceo.

Vulgatissima species, omnium Stereorum maxima et pulcherrima. Pileus expansus triuncialis, coriaceo-papyraceus. Hirsuties brevis, quanquam spissa, demum in margine evanescit, et tum his locis pileus ornatur zonis latis, fusco-badiis aut spadiceis (castaneis), glaberrimis, nitentibus. Interdum pluribus fasciis concentricis ad medium usque gaudet; vel adeo in veterrimo fungo totus pileus hirsutiae exiit, et fusco splendet quasi vernicosus. Hymenium testaceum, papillosum.

1012. 16. *grisea* Sz.

T. confluens suborbiculata grisea, pileo hirsuto unicolori rugoso in stipitem attenuato, hymenio subnitente, papillis sparsis.

Rara et distincta species. E stipite brevi quasi pendula.

1013. 17. *sanguinolenta*. Conspect. fung. Niesk. p. 274. Solum in ligneis pinnum.

1014. 18. *hirsuta*. Copia ingenti in truncis et arboribus emortuis.

1015. 19. *ramealis* Sz. Persoono varietas hirsutae.

T. subimbricata fibroso-strigosa splendens badia fasciis obscurioribus, hymenio griseo.

Frequens ad extremitates ramorum, unguis magnitudine, non hirsuta. Species haud dubie distincta.

1016. 20. *sericea* Sz.

T. minor sessilis orbiculata repanda papyracea confluens sericea candida, hymenio pallide fuscescente substriato, papillis minutis.

Frequens ad ramulos emortuos iuniores. Orbiculata, centro affixa. Pileus sericeus, nitens, strigositate arcte appressa.

1017. 21. *ochracea* Sz.

T. effusa subresupinata subimbricata, pileo molli velutino cervino-ochraceo, hymenio pallidior rugoso subzonato: margine byssino.

Species rara ad ligna. Hymenium quasi concentricè zonatum, margine albo byssino, ubi resupinata est thelephora.

1018. 22. *mesenterica*. Rarior ad truncos.

1019. 23. *lilacina*. Rarior ad ligna sepium.



C. Corticia.

a) *pallentia*.

1020. 24. *quercina*. Frequens ad truncos et ramos.  
1021. 25. *abietina*. Frequens praesertim ad Castaneam.  
1022. 26. *incarnata*. Valde frequens ad ligna.  
1023. 27. *Corium*. Longissima in truncis putridis.  
1024. 28. *polygonia*. In ramis pyrinis et aliis.  
1025. 29. *fallax*. Non rara ad ramos exsiccatos.  
1026. 30. *laevis*. Frequens ad diversos ramos.  
1027. 31. *rosea*. In frustulis ligni caesi frequens.

b) *coerulea*.

1028. 32. *Indigo* Sz.

T. orbiculata effusa confluens velutina, margine subfibrilloso byssino dilutiore, papillis maiusculis.

In cortice emortuo Lauri Benzoin rarior, ad duas tresve uncias effusa, arte appressa.

c) *rubra*.

1029. 33. *cruenta*. Rara ad cortices juniores Salicum.  
1030. 34. *sanguinea*. Passim ad discos truncorum.  
1031. 35. *roseo-carnea* Sz.

T. effusa tenuissima subpubescens rosea demum carnea, margine subbyssino, papillis minutis.

Rara super foliis et ramis dejectis in suffocatis.

1032. 36. *coccinea* Sz.

T. effusa orbicularis subtomentoso-coccinea albopulveracea, striis quasi concentricis, margine byssoide, papillis majusculis.

Fungum pulchrum e Georgia misit Baldwin corticolam. Pulvis albus, non detergibilis, demum evanidus. Totus fungus tenuis, papyraceus, non solubilis.

d) *pallenti-flava*.

1033. 37. *aurantia*. Rara species ad ramos.  
1034. 38. *concentrica* Conspect. fung. Niesk. p. 279. Rarior ad ligna pinea.  
1035. 39. *hypnoides*. Passim in epidermide Carpini.  
1036. 40. *granulosa*. Frequens ad ramos.  
1037. 41. *viticola* Sz.

T. effusa strigoso-tomentosa aurantia, in medio membranacea sulphurea rimosa papillosa oblecta, margine byssino cincta.

Frequens ad Vites emortuas in cortice, ad tres uncias saepe expansa, effusa in longum, interdum orbiculata, confluens. Tomento strigoso byssino pulverulento pulcherrime aurantio, vel croceo constat pars inferior hymenii; huic imponitur demum membrana pallidior, sulphurea, papillosa, margine aurantio, byssino, lato circumdata. Subsimilis est T. marginatae Consp. fung. Niesk. p. 281.

1038. 42. *incrustans*. Passim ad terram pone truncos.

1039. 43. *frustulata*. Frequentissime in truncis querneis duris.

1040. 44. *sebacea*. Vulgaris super gramina etc.

1041. 45. *helvelloides* Sz.

T. abnormis major effusa coriaceo-cartilaginea bullata rufo-fusca, radiculis dependentibus.

Frusta terrae majora quasi pelle coriaceo, quatuor lineas crasso, induit in declivibus, quatuor vel sex uncias late et longe diffusa, persistens et confervis muscisque onusta, colore pallido aut siccae fusco. Non dissimilis primo obtutu Helvellae acauli.

1042. 46. *byssoides*. Frequens ad terram et in lignis.

1043. 47. *ferruginosa*. Passim ad ramos in terram dejectos.

e) *fusca*.

1044. 48. *bufonia*. Elegantissima passim in ramis Liquidambaris.

1045. 49. *albobadia* Sz.

T. major diffusa vel orbicularis confluens, hymenio rugoloso membranaceo crasso umbrino albo-marginato.

Passim rarior ad ligna. Tota velutina nec pulverulenta. Tubercula magna. Margo late candidus.

1046. 50. *pedicellata* Sz (Stereum Link.)

T. byssoides fulvo-cinnamomea margine undulato albo, radiculis crassis truncatis.

Longe lateque ad 6 ulnarum spatium ramos et iuniores truncos arborum variarum adhuc vigentium omnino ambit, frequens vere. Tota e filis dense intertextis, pannum referens, fere ut Racodium; tres lineas elevata super epidermidem rami, et radiculis seu pedicellis innumeris, crassis, truncatis, seu latioribus ad apicem, qui arbori applicatur. Asci non reperti. Singulae radiculae opponitur in superiore pagina tuberculum fusco-nigrum, papillae simile, quod, valde tumente substantia pilei, foveolam simulat.



Radiculae fibris constituuntur, quae simillimae sunt filiis ipsius pilei. Per aetatem superficies cinnamomea in frustulorum forma decidit et apparet inferior baddia fibrosa congeries, cum qua radicae cohaerent.

Tab. nostra. fig. 1. Fungus naturali magnitudine 2. 2. Pilei particulae, ad marginem distortis fibris, lente aucta. Fig. 3. Facies superior foveolas radiculis oppositas sistens, lente vitrea aucta. Fig. 4. facies inferior radiculosa. Fig. 5. Radicula microscopio lustrata. 6. filum auctum.

1047. 51. *umbrina*. Terrestris ac lignatilis, frequens.

1048. 52. *vinosa*. In fissuris truncorum vulgaris.

1049. 53. *chalybea*. Ad ligna pinea in cellis. etc.

1050. 54. *botryoidea* Sz.

T. effusa papyracea subtomentoso-chalybea margine byssino fimbriato albescente, papillis densis globosis densis albis et cinereis.

Late expansa provenit in truncis. Papillae majores, exacte globosae, plurimae.

1051. 55. *spongiosa* Sz.

T. mollis demum subindurescens umbrino-purpurascens albo-badio pulveracea, hymenio in clavulas porrecto.

Ad latera rupium inter muscos. Affinis T. Cerebellae, quasi imbricatim crescens. Clavulae pilosae.

f) *cinerascens*.

1052. 56. *sulphurea*. Frequens sub ramis deiectis.

1053. 57. *sistotremoides* Sz.

T. expansa papyrea sulphureo-cinerea margine byssino albo, papillis minutis dentiformibus pilosis.

Late expansa passim ad ligna. Papillae abnormes minutae; in fasciculis sparsis distantibus, in hymenio sitis, forma omnino dentium Sistotrematis et ut in T. botryoide pilis obtectae. Num haec duae species novum genus efficiant?

1054. 58. *caesia*. Rarior, solum in foliis et ad ligna.

1055. 59. *cinerea*. Vulgatissime ad ligna putrida.

*β. interrupta*. An specie diversa?

1056. 60. *viscosa*. Passim sero autumno.

1057. 61. *sera*. Passim. Omnino alba.

g) *alba*.

1058. 62. *lactea*. Frequens ad Ribium truncos.

1059. 63. *calcea*. Vulgaris ad radices arborum.



1060. 64. *acerina*  $\alpha$  et  $\beta$ . Passim in arboribus.

1061. 65. *candida* Sz.

T. difformis impressa crassa sublignea, hymenio pulverulento, papillis maximis.

Frequens hieme ad cortices quercuum vivarum. Candidissima, dura, ad Sterea accedens. Semper gaudet margine duro, subinvoluto, nigricante in superiore pagina.

53. M E R I S M A.

A. decumbentia.

1062. 1. *cristatum* Persooni, effusum, albidum. Passim ad terram.

1063. 2. *fuscescens*. Merisma cristatum Conspect. fung. Niesk. p. 284. Distinctum, non infrequens.

B. Erecta.

1064. 3. *strigosum*. Passim facie subhorrida.

1065. 4. *flabellare* Rarius in abruptis.

1066. 5. *foetidum*. Valde vulgare in silvis udis.

1067. 6. *fimbriatum* Sz.

M. subdecumbens indurescens rufescens, ramis copiosis ramosis teretiusculis apice fimbriatis secundis, basi membranâ connexis.

Passim in terra uda. E basi communi oriuntur rami multi tenues, apice eleganter fimbriati et subsecundi quasi assurgentes ad altitudinem semuncialem, siccitate subcartilagineum.

1068. 7. *Cladonia* Sz.

M. pallidum erectum virescens palmato-ramosum, apicibus fimbriatis substrigosis, stipitibus connexis.

Forma Baeomycis s. Lichënis pyxidati scypho irregulari explanato.

1069. 8. *candidum* Sz.

M. maximum erectum candidum, stipitibus crassis palmato-ramosis: ramis patulis teretiusculis apice fuscescentibus.

Perfrequens in silvis udis ad terram nudam, in caespites sex uncias latos con-  
crescens, duas altum, colore excepto simile Thelephorae terrestri quoad morem cre-  
scendi, ponderosum, odore nauseoso. Stipites basi substantia stalactitica coniuncti.  
Rami teretes aut subcompressi difformes.

1070. 9. *spathulatum* Sz.

M.? erectum coriaceum pallide rufescens, concrescens e laminis verticalibus ramosis spathulatis undulatis apice rotundatis zonatis.

Locis graminosis rarum, etiam e Georgia missum, ad sex uncias altum, caespite magno, zonis concentricis horizontalibus. Dubii generis et ambiguum, num Clavariae crispae an Spathulariis magis affinis dicendum sit.

1071. 10. *nigripes* Sz.

M.? erectum stipite subbulboso nigro piloso, ramis palmatis fimbriatis in capitulum densum congestis luteo-carneum.

Passim e ramis delectis propullulat, semunciam altum. Basi nigra, intus alba, Sphaerium Hypoxylou aemulans insidet ligno; stipes crassus, teres, niger, pilosus assurgit per corticem; tum, colore carneo-rubro assumpto, in capitulum densum, subglobosum expanditur, spargens pulverem copiosum carneum. An Sphaeria? sed nunquam Sphaerulas observavi.

FAM. V. CLAVAEFORMES.

54. CLAVARIAE.

A. Ramariae.

a) caule crassissimo.

1072. 1. *formosa*. Frequens in silvis autumnno.  
 1073. 2. *flava*. Vulgatissima eodem tempore.  
 1074. 3. *grisea*. Rarior eodem tempore.  
 1075. 4. *botrytis*. Frequens cum flava in abruptis.

b) caule tenui.

1076. 5. *stricta*. Rarior, distincta.  
 1077. 6. *palmata*. Frequens udis locis. Affinis Merismati candido.  
 1078. 7. *abietina*. Ad terram lignosam non frequens.  
 1079. 8. *pyxidata*. Rarior in truncis arborum frondosarum, frequens in pineis.  
 1080. 9. *corniculata*. Valde rara in graminosis.  
 1081. 10. *pratensis*. Frequentior priori, locis graminosis.  
 1082. 11. *cristata*. Frequentissima in udis.  
 1083. 12. *fimbriata*. Locis similibus.  
 1084. 13. *subtilis*. Passim ad declivitates v. c. pone hortum.  
 1085. 14. *gracilis*. Ibidem, rara, elegantula.  
 1086. 15. *macropus*. Satis frequens anno pluvioso ad terram.  
 1087. 16. *byssiseda*, radiculis distincta. Rara inter folia putrescentia.  
 1088. 17. *rugosa*. Frequens ad scaturigines.  
 1089. 18. *plumosa* Sz.



C. ramosissima delicata albida demum fuliginea, ramis apice dilatatis plumosis.

Rarior ad terram in umbrosis, unciam alta. Delicata, ut rami setae suillae dorsalis crassitiam vix basi superent; ramuli plumosi, ad speciem fere Himantiae.

1090. 19. *tetragona* Sz.

C. subsimplex fragilis flava, stipite furcato furcisque quadrangularibus.

Passim autumnno ad abrupta umbrosa madida. Substantia similis Cl. eburneae, unciam sesquialteram alta, tum apice furcata vel bifurcata, etiam in bifurcationibus conservans formam quadrangularem.

1091. 20. *mucida*. Vulgaris ad truncos putridos in scaturiginibus iacentes; semper fere e crusta quadam viridi provenit.

1092. 21. *cornea*. Frequens ad truncos.

### B. Clavariae.

#### a) simplices.

1093. 22. *glossoides*. Frequens truncigena.

1094. 23. *Ligula*. Una vice in fruticeto e *Kalmia* constituto, abrupto, ad terram nudam.

1095. 24. *pistillaris*. Frequens in umbrosis; interdum  $\beta$ . *herculea maxima* occurrit.

1096. 25. *helvola*. Rarissime in declivibus Octobri.

1097. 26. *aurantia*. Ad terram muscosam, Septembri, rara.

1098. 27. *vernalis* Sz.

C. simplicissima gregaria apice incrassata subrugosa flava, stipite subpellucido.

Frequens tempore vernali in terra nuda, gregaria sed sparsa nec conferta, silvas saepe viginti pedes longas efficit iuxta vias in ericetis, unciae quadrantem alta.

1099. 28. *trichomorpha* Sz.

C. simplex gregaria candida utrinque attenuata subpellucida.

Fasciculis densis provenit in caulibus putrescentibus Zeae, in horto deiectis, vere, semunciam longa.

1100. 29. *ericetorum*. Rara in lichenosis.

1101. 30. *fusiformis*. Rara in cultis, Octobri.

1102. 31. *inaequalis*. Rara et distinctissima in fruticetis e *Kalmia*.

1103. 32. *flavipes*. Passim Junio pluvioso in Juniperetis.

1104. 33. *angusta*. Rara ad terram Octobri.

1105. 34. *fumosa*. Distincta species in pinetis.

1106. 35. *eburnea*. Frequens in pinetis junioribus.



1107. 36. *falcata*. Non rara locis muscosis.  
 1108. 37. *micans*. Rarior in caulibus vere.  
 1109. 38. *herbarum*. Frequens in foliis.  
 1110. 39. *pusilla*. Passim ad ligna vetusta.  
 1111. 40. *ovata*. Frequens ad stipites, clavulis interdum tortis.

a) *caespitosae*.

1112. 41. *gigantea* Sz.

C. caespitosa carnosa, clavis difformibus compressis contortis substriatis maximis albo-testaceis.

Septembri et Octobri. Caespites ad radices arborum et in terra efformat magnitudine capitis humani, fungus omnino abnormis, quibusdam annis frequens, aliis rarissimus. Ex una radice, subradiculosa oriuntur clavae interdum regulares, ad sex uncias latae, unam vel tres uncias altae et unciam crassae; substantia carnosa et fibrosa agaricina, odore muscoso Agarici Prunuli. Interdum clavae solitariae occurrunt. Quandoque pulvere albo detergibili tegitur.

C. Typhula.

1113. 42. *gyrans*. Rarior species, et distincta.

#### 55. GE OGLOSSUM.

1114. 1. *hirsutum*. Frequens sero autumnno.  
 1115. 2. *glabrum*. Rarius ad muscosos margines rivulorum.  
 1116. 3. *farinaceum* Sz.

G. minutum ligulatum subfurcatum albo-farinaceum demum nigricans, stipite subsquamuloso.

In pratis sero autumnno; semunciale. Cylindricum et dilatatum, ligulatum vel adeo furcatum, pulvere denso farinaceo, albo tectum; tandem nigrities hic illic in conspectum prodit.

#### FAM. VI. HELVELLOIDES.

#### 56. LEOTIA.

1117. 1. *Ludwigii*. Frequens tempore vernali in scaturiginibus.  
 1118. 2. *Bulliardi*. Nimis affinis priori, locis similibus, Maio.  
 1119. 3. *exigua* Sz.

E. minuta simplex sparsa, pileo mitriformi candido, stipite subpellucido basi nigro.

Non rara in caulibus deiectis. Pileus lineam dimidiam vel duas altus, inflatus, albus; stipes lineam altus.

1120. 4. *circinalis*. Rara in silvis sero tempore.

1121. 5. *truncorum* Consp. fung. Niesk. p. 297. t. 3. f. 2. Passim ad ligna uda.

1122. 6. *lubrica*. Frequens in silvis autumnuo.

1123. 7. *marcida*. Passim ad declivitates.

1124. 8. *chlorocephala* Sz.

E. major pileo glaberrimo globoso subpellucido e viridi aeruginoso, stipite longissimo torto pulverigero.

Caespitose provenit ad terram; habitu *L. lubricae*. Pilei color ex intenso viridi aeruginosus, stipes ad quatuor uncias longus, aetate tegitur pulvere aeruginoso, in statu sicciori detergibili.

#### 57. MORCHELLA.

1125. 1. *esculenta*. Frequens vere, colore albido. Corpore ampliore differt ab Europaea.

1126. 2. *patula*. Nisi nova species. Pileus apice foraminulosus, non liber et stipite flavo.

\* *Caroliniana*, stipite solido, sulcato, pileo subrotundo, sulcis plicatis profundis undulatis. Bosc. Berlin. Magaz. p. 86. t. 5. f. 6.

#### 58. HELVELLA.

1127. 1. *costata* Sz.

H. pileo libero subrevoluto subtus costato luteo fusco, stipite lacunoso piloso albo.

Fungus vernalis; *H. esculentae* affinis et magnitudine aequalis, sed maxime diversus. Pileus margine non adnatus, vel adeo interdum revolutus et paginam inferiorem costatam ostendit, costarum ramificationibus e stipite emanantibus, demum in areolas confluentibus. Stipes subpulverulentus.

1128. 2. *Infula*. Rara vere madido.

#### 59. TREMELLA.

a) *subglobosae*.

1129. 1. *mesenterica*. Frequens ad arbores, vere.

1130. 2. *lutescens*. Vulgaris ad ramos.

1131. 3. *aurantia* Sz.



*T. magna gyrosa lobata compressa, plicis paucis.*

Ad duas uncias magna, e cortice et lignis propulullat hieme.

1132. 4. *encephala*. Rara ad ramos omnium arborum.

1133. 5. *candida*. Passim ad ramos.

1134. 6. *virens* Sz.

*T. subrotunda gyrosa subcartilaginea aeruginosa, demum exalbicans siccitate nigrescens.*

Vere ad caules Corni floridae.

b) *applanatae*.

1135. 7. *spiculosa*. Vulgatissima.

1136. 8. *Auricula Iudae*. Distinctissima, mana, sed non eadem cum *Auricula Iudae* Consp. fung. Niesk. p. 302.

1137. 9. *iuniperina*. Passim ad truncos.

1138. 10. *foliacea*. Passim magnitudine ingenti.

1139. 11. *undulata*. Rarior ad truncos.

1140. 12. *rufa*. Distinctissima in cortice.

1141. 13. *crenata* Sz.

*T. major crassa undulato-applanata costata fusco-badia, margine eleganter crenato.*

Passim in ramis.

1142. 14. *nucleata* Sz.

*T. subgyrosa applanata vel pulvinata durior flavo-fusca: includens corpusculum durum persistens.*

Habitat passim in ramulis. Fungus abnormis, ferè novi generis. Subpezizoides, lineam unam ad quatuor latus, *Tremellam lacrymalem* interdum referens, interdum pulvinatus. Semper includit corpusculum durum, Sclerotii simile, corticatum, quod lutescente colore ac duritie persistens in centro conspicitur per *Tremellam* in statu vigente subpellucidam, ipsum opacum et *Tremella exsiccata* protuberat, maturitate crescit. In iunioribus ut punctum tantum apparet. — Componitur corpusculum aliqua membrana non satis conspicua et intus materia sicciore, quae farinae speciem magis habet, quam gelatinae.

1143. 15. *parasitica* Sz.

*T. expansa tenuis gyroso-costata spadicea, areolis confertis.*

Frequens in *Clavaria gigantea* nostra, apicibus clavarum insidens, non separabilis a *Clavaria*. Siccitate nigrescit.



B. pezizoides.

1144. 16. *ustulata*. In Persicis putridis, passim.  
1145. 17. *saligna* Consp. funf. Niesk. p. 303. t. 9. f. 7. Frequens in iunioribus salicum ramis.  
1146. 18. *Stictis*. Ad capsulam Daturae et ramos iuniores Azaleae emortuae.  
1147. 19. *fragiformis*. Passim in sphaeriae stigmatate.  
1148. 20. *violacea*. Hinc inde ad ramos deiectos pyrinos distinctissima.

C. Dacryomyces Nees. Intus fibrosae.

1149. 21. *abietina*. Frequens in ligno pineo.  
1150. 22. *lacrymalis*. Frequens ad ligna sepium.  
1151. 23. *urticae*. Non rara in caulibus.

D. Acrospermum.

1152. 24. *dubia*. Rara ad truncos madidos.

E. Hygromitra. Nees.

\* *stipitata* Bosc. Berlin. Magaz. V. p. 89. t. 6. f. 14.

60. PEZIZA.

A. Tremellaeformes.

1153. 1. *inquinans*. Ad truncos caesos frequens hieme.  
1154. 2. *gelatinosa*. Frequens ad ramulos, praesertim salicis et Andromedae arboreae.  
1155. 3. *auriformis* Sz.

P. glauco-fusca, cupula semiorbiculari venosa, stipite laterali breviusculo torto crasso.

Frequens gregaria ad ligna vere, similis priori et Tremellae auriculatae, sed distincta. Cupula auris humanae similis, duas uncias lata, unicolor fusca, extus canescens. Manifeste fructificare more Pezizarum dicit auctor, tamen non vidi Ascōs seminiferos; superficies quidem inferior tubulis seu pileis pellucidis ad vitra maxime argentia obsita conspicitur, et hic illic similibus etiam, minoribus ornatur superficies superior, sed in his sporidia non conspiciuntur.

1156. 4. *sarcoides*. Rara ad Betulae truncos.  
1157. 5. *uda*. Frequens ad truncos in udis.  
1158. 6. *cinerea*. Omnium frequentissima.  
1159. 7. *aurea*. Frequens in udis.

1160. 8. *vinosa*. Passim ad discos arborum.  
1161. 9. *atrovirens*. Rarior sed elegans ad ligna putrida.  
1162. 10. *rubella*. Passim in frustulis ligni.

B. Helvelloides.

1163. 11. *onotica*. Rarior locis umbrosis.  
1164. 12. *aurantia*. Tantum in Pensilvania observavi.  
1165. 13. *cinamomeo-lutescens* Sz.

P. minor, cupula excavata margine involuta intus laevis splendidula, stipite longo crasso inferius lacunoso.

Passim autumnno inter folia putrescentia gregaria vel simplex. Unciae quadrantem vel dimidiam alta. Cupula excavata, altero latere dehiscens aut integra, cinnamomeo-lutescens. Stipes basi villo albo circumdatus.

1166. 14. *umbrina*. Rarior in pinetis.  
1167. 15. *alutacea*. Rarior apud nos, sed magna.  
1168. 16. *badia*. Rara ad terram. Wilkes County.  
1169. 17. *venosa*. Specimina rarissime occurrunt.  
1170. 18. *clypeata* Sz.

P. magna epixyla subsessilis planiuscula fusca extus subolivacea venosa.

In truncis iacentibus abundavit una vice. Unciam unam aut sesquialteram lata, sessilis aut minimo stipite instructa, dilatata, depressa, vix excavata scutelli aut placentae forma, extus subolivacea et venis costata. Juniora specimina subglobosa vel saltem convexa; ubi gregaria est, contorta apparet. Substantia crassa, carnosae, fragilis. — Asci longissimi, solito fere majores; et sporidia magna oblonga sed dense congesta et obliqua, singulorum directione in apicem Asci protrussa, ut maxima pars asci vacua sit.

1171. 19. *violacea*. Rarior inter Kalmias locis abruptis.  
1172. 20. *varia* Hedwigii et Consp. fung. Niesk. p. 311. Rarissima, elegans.  
1173. 21. *micropus*. Rarior vere ad terram.  
1174. 22. *perennis*. Locis graminosis vere.  
1175. 23. *Craterium* Sz.

P. magna subcaespitosa clavaeformis apice concava margine involuto nigrobadia, basi tomento adhaerens.

Gregaria nascitur ad ramos dejectos vere frequens, eos omnino investiens. Radice e fibris densis nigerrimis, sericeo-nitentibus quamvis madidis, intertextis, sed juniore statu fere radiatim divergentibus cinerascentibusque, Racodii ad instar



late longeque serpentibus et ligna ut pellis terramque vicinam obducentibus. Ex hoc byssoide panno assurgunt clavae majores cylindricae, unciales et biunciales, omnino referentes Sphaerium polymorpham, inventute cinereo-nigrae; deinde apicem excavatum pezizoidem mostrant; demum ad trium unciarum longitudinem elongatis clava dilatatur in cornu inversum, stipite subtorto et colore badio-nigro. Tandem apex stellatim dehiscit, margine repando involuto, in maximis tres uncias latus, tumque Merulium refert. In pagina concava ascos gerit subtilissimos, prae subtilitate vix conspicuos, ut sporidia, quorum octo singulo asco inhaerent, seriata nec inclusa videantur. Ascis intermixti sunt tubuli filiformes. Substantia carnosocoriacea, siccitate indurescens. V. tabulam nostram I., fig. 7. fungum iuniorem, 8. adultum, 9. senem naturam, 10. segmentum clavulae, 11. ascum cum tubulo aucta magnitudine.

Posset forte cum sequente et *P. triangulari*, furfuracea, Urceolo Consp. F. genus peculiare formare ut *Alenriae Friesii*.

1176. 24. *Cerasorum* Sz.

*P. majuscula* gregaria clavaeformis nigro-fusca, carne flava, cupula demum aperta disco nigrescente.

Caespitose in ramis mortuis Pruni serotinae rarissima. Unciae quadrantem alta.

1177. 25. *macropit* Sat frequens locis consuetis.

1178. 26. *concrescens* Sz.

*P. magna* cartilaginea intus alba glabra splendens; extus verrucosa cinerea, cupula sacciformi.

Cartilaginea, membranacea, siccitate indurescit, statu vigente tres uncias alta, duas lata; forma irregulari, varie contorta, primum clausa, deinde apice, sacci ad instar, aperta, cum caulis plantarum et aliis partibus concrescens et ramulos ambiens.

1179. 27. *pustulata*. Passim madido tempore ad truncos, minor.

1180. 28. *crenata*. Passim ad terram carbonibus inspersam.

1181. 29. *membranacea* Consp. fungor. Niesk. p. 316. t. 1. f. 5. Non infrequens ad caules.

1182. 30. *fascicularis* Conspectus f. N. p. 315. t. 12. f. 2. In ramis pineis.

1183. 31. *digitalis* l. c., nisi nova, minor, durior, *pendula* a me nominata.

Ad iuniores Juglandum truncos.

1184. 32. *Mitrula* Sz.

*P. minor*, cupula majuscula subclausa utrinque deflexa intus glabra spadicea extus pallida; stipite sulcato candido.

Septembri rarior ad terram, unciae quadrantem alta. Cupula duobus lateribus



oppositis deflexa, ut pileus militis, fere usque ad terram. Stipes crassus, subteres, compressus, inferius sulcato-contortus.

C. Pezizoides.

a) *hirtae*.

1185. 33. *hemisphaerica*. Passim ad radices arborum.

1186. 34. *nigrella*. Passim locis similibus.

1187. 35. *brunnea* Consp. fung. Niesk. p. 317. t. 9. f. 8. In carbonariis.

1188. 36. *strigosa*  $\beta$ . hispida. Vere ad asseres.

1189. 37. *sulphurea*. Rarior in frustulis.

1190. 38. *flavo-fuliginea* Consp. p. 319. t. 11. f. 7. Passim, elegans.

1191. 39. *Atropae*. In deiectis Andropoginis culmis vere.

1192. 40. *cinereo-fusca* Sz.

P. minuta gregaria sessilis, cupula applanata margine inflexa intus fusco-badia, extus farinaceo-hirta cinereo-virescente.

In ramis denudatis Cercis, lineam dimidiam lata. Cupulae saepe clausae.

1193. 41. *flammea* Consp. fung. N. p. 319. t. 1. f. 6. Ad ligna Liquidambaris et Carpini.

1194. 42. *Erinaceus* Sz.

P. gregaria orbicularis depressa ochraceo-alba, extus setulis longis badio-fuscis.

Frequens et ad trium ulnarum spatium expansis catervis et grege maxime conferto, nascitur in Juglande et Liriodendro maxime putridis. Lineas unam ad quatuor lata et maior, planiuscula, extus setis vel pilis, disco duplo longioribus, badio-fuscis sparsis, quanquam multis, obsita. Statu sicciore contrahitur cupula et setae eius fasciculum densum conicum efficiunt erectum.

1195. 43. *scutellata*. Frequens locis suis.

1196. 44. *stercorea*. Valde rara in stercoretis.

1197. 45. *theleboloides* Consp. fung. Niesk. p. 321. t. 12. f. 4. Grege ingenti hieine et specimina maxima in horto stercorato.

1198. 46. *papillata*. Passim in fimo.

1199. 47. *cerina*. Passim ad truncos, species nitida.

1200. 48. *leonina* Sz.

P. minutula fulva extus hirsuta, cupulis concavis subcrenulatis rubrofulvis.

In ligno Ulmi maxime putrido. Lineam unam aut sesquialteram lata, intus fulva, extus concolor. Pili sparsi breves, colore magis rubro. Siccitate minutissima fit. Saepe tomento fulvo insidet.

1201. 49. *fulvo-cana* Sz.

P. minuta semiimmersa conico-globosa luteo-fulva, ore subconnivente incano, extus tomentosa.

Rarior, sed distinctissima in frustulis succosis in arborum caesarum disco. Lineam lata, intus incana glabra; tomento intense piloso extus tecta, pilis crassioribus in lignum irrepentibus.

1202. 50. *corticalis*. Passim in corticibus.

1203. 51. *granuliformis*. Frequens in involucris putridis Castaneae.

1204. 52. *penicillata* Sz.

P. gregaria minutissima alba-cupula concava: extus pilis longis cinereis.

Frequens in rimis corticis Vitis. Punctiformis, madido tempore aperta, intus glabra, margine crinito; siccitate contrahitur, ita ut pili longi cinerei penicillatim insidere videantur ligno, ut Byssus.

1205. 53. *pulchella*  $\beta$ . Conspectus fung. Niesk. p. 323. Rarior in ramis pineis vere.

1206. 54. *albo-violascens* l. c. Passim ad stipites deiectos.

1207. 55. *calycina*. Rarior ad stipites deiectos.

1208. 56. *virginea*. Passim in foliis.

1209. 57. *ciliaris*. Frequens ad latera truncorum.

1210. 58. *patula*. Rarior in foliis Betulae emortuis.

1211. 59. *sericea* Consp. fung. N. p. 324. Rara elegantissima.

1212. 60. *fuscescens*. Rarior in foliis Fagi putridis.

1213. 61. *villosa*. In ramulis vitis passim.

1214. 62. *hyalina*. Passim occurrit in ligno.

1215. 63. *anomala*. Cum varietatibus omnibus frequens.

1216. 64. *pruinata* Sz.

P. minuta dense aggregata membranacea nigra cinereo-pulverulenta cum subiculo, cupulis subclausis.

Longe lateque profusa in emortuis Vitis corticibus, vere et autumnis. Subiculo tenuissimo insident cupulae complanatae, concavae, subclausae, membranaceae, nigrae, omnino pulvere farinaceo, cinereo tam dense tectae, ut sphaerias credas, madidae aperiuntur ore inflexo, disco nigrescente.

1217. 65. *fusca*. Passim ad ramulos Sambuci.

1218. 66. *sanguinea*. Frequens pulcherrima ad frustula ligni et discum truncorum.



1219. 67. *Hydrangeae* Sz.

*P. minuta* subglobosa pilis nigris longis involuta, cupulis coriaceis cinereo-albis: extus nigris pilosis.

Rarior ad truncos emortuos *Hydrangeae*. Primum clausae et involutae, deinde aperiuntur cupulae, margine inflexo sessiles; etiam interdum clausae manent, ore tamen conspicuo.

1220. 68. *nigro-olivacea* Sz.

*P. maiuscula* sessilis, cupula planissima orbiculari margine subcrenulato, subiculo e filis nigris radiatis.

Non rara ad asses putridos et ligna. In lignis fila nigra, radiatim diffusa; radicularum similia, centro cupularum affixa. Cupula lineas tres vel quatuor vel unciam dimidiam lata, orbicularis aut lobato-rotundata, margine involuto, elevato, subcrenulato: extus non pilosa, praeter iam descripta fila. Intus cupula cinereo-nigra, pulvere nigro-aeruginoso frequenti tecta, demum tota nigrescit.

b) *Glabrae*.

1) STIPITATAE.

1221. 69. *bolaris*. Passim inter reiectamenta.

1222. 70. *firma*. Rarior sed distincta, ad latera truncorum cavorum.

1223. 71. *buccina*. Rarior elegantissima species.

1224. 72. *fructigena*. In involucris *Castanearum*; non est *echinophila* ob tenuitatem stipitis.

1225. 73. *serotina*. Super foliis deiectis.

1226. 74. *nigripes*. Passim rarior ad folia.

1227. 75. *cyathoides*. Frequens in caulibus.

1228. 76. *lutescens*. Rarior in ramis.

1229. 77. *salicina*. In ramis salicinis rarior.

1230. 78. *aeruginosa*. Non infrequens in ramis querneis, virore tinctis.

1231. 79. *citrina*. Frequens ad ramos.

1232. 80. *pallescens*. Rarissime ad truncos.

1233. 81. *herbarum*. Rara ad truncos.

1334. 82. *olivaceo-virens* Sz.

*P. maiuscula* subcoriacea, cupula orbiculata plana tenui umbilicata, stipite brevi rugoso.

Caespitose et sparsim crescit in truncis *Betulae* rarior, indurescens. Unciae quadrantem vel dimidiam lata, centro umbilicata, eleganter olivacea, demum acru-



ginoso pulvere tecta. Stipes incrassatus, inverse conicus, plicis rugosis, venosis, olivaceo-badius, siccitate fere niger. Juxta P. firmam locanda.

2) SESSILES.

1235. 83. *chlora* Sz.

P. mediocris glabra carnosoceracea luteovirens, margine plicato crenato, extus squamuloso pulveracea.

Frequens ad interiora latera truncorum.

1236. 84. *lenticularis*. Frequens ad truncos, saepe agmine ingenti.

1237. 85. *xanthomela*, var.  $\beta$ . Passim.

1238. 86. *leucoloma*. Maior, frequens ad terram.

1239. 87. *lurida*. Passim in acubus Pini.

1240. 88. *confluens*. Frequens locis adustis.

1241. 89. *rufa*. Passim ad terram.

1242. 90. *diluta*. Etiam in fungis parasitica.

1243. 91. *epiphylla*. In foliis deiectis.

1244. 92. *roseoalba* Sz.

P. minuta sparsa sessilis ceracea, cupula subglobosa rubra margine crenato, extus albo-subvillosa.

Frequens in cortice Corni floridae. Cupula primum fere globosa, demum dilatata et difformis, lineam unam duasve lata.

1245. 93. *atrata*. Rarior ad truncos.

1246. 94. *compressa*. Passim ad ligna cariota.

D. Coriaceae.

1247. 95. *leucomela*, var. *xanthomela*, disco lutescente, margine nigro. In ramo coryleo.

1248. 96. *patellaria*. Frequens ad discum truncorum.

1249. 97. *Hysterium*. Tantum in glabro cortice Platani.

1250. 98. *Abietis*, var. *quernea*, omnino eadem species.

1251. 99. *pyri*. Tempore vernali frequens.

1252. 100. *populnea*. In trunco Betulae; omnino Europaea.

1253. 101. *pulveracea* Consp. fung. N. p. 342. t. 8. f. 2. Rarior ad truncos.

1254. 102. *furfuracea*. Passim in ramis Coryli.

1255. 103. *triangularis* Sz.

*P. maiuscula coriacea erumpens*, cupula in triangulum complicata pallida, extus glabra fusco-badia.

Frequens in ramis iunioribus quercus, epidermidem perfringens et delapsa cavitate linquens in epidermide, stellatim recurva. Unciae quadrantem lata; non caespitosa, sed gregaria, sessilis. Cupula forma pilei triangularis, primum clausa, et sphaeriam mentiens, deinde aperta, margine inflexo, nunquam explanato; intus pallida, extus glabra, fusco-badia, demum nigra.

1256. 104. *Cephalanthi* Sz.

*P. maiuscula compressa subrotunda* margine lacero involuto subpulverulenta cinerascens, extus nigrofusca.

Plerumque transversim erumpens in cortice *Cephalanthi* emortuo frequens.

1257. 105. *plicato-crenata* Sz.

*P. maiuscula coriacea dura* margine profunde crenato plicatoque cinerascens, extus aterrima, stipite brevissimo crasso.

In cortice *Pruni* erumpit, gregaria sed sparsa. Margo eleganter plicatus.

1258. 106. *farinacea*. In corticibus non valde distincta.

1259. 107. *prunastri*. Frequens in fragillimis ramulis.

1260. 108. *carpineae*. Rarius occurrit in cortice carpineo.

1261. 109. *Andromedae* Sz.

*P. minuta coriacea nigerrima nitens*, cupula subglobosa, stipite longiusculo tenui.

Sparsa prorumpit e cortice *Andromedae* arboreae, interdum etiam fasciculatim. Cupula sphaeriae forma, margine valde involuto; magnitudine capituli acicularum minimarum.

1262. 110. *Fraxini* Sz.

*P. minuta fasciculata erumpens atro-nitens*, cupulae margine obtuso disco corrugato, stipite brevi crassiusculo.

E iunioribus ramis *Fraxini* pullulat. Cupulae margo obtusus, sed non inflexus, discus valde rugulosus. Stipes dimidio brevior diametro cupulae.

1263. 111. *viticola* Sz.

*P. minuta sessilis tremelloso-coriacea* margine acuto: siccitate rugosa nigra fuscescens.

Plerumque sparsa erumpit e cortice ramorum vitis, huic arcte insidens, decidua.

1264. 112. *Viburni* Sz.

*P. maiuscula subfasciculata firma*, cupula orbiculata margine crasso cinereo-pulverulenta, extus aterrima, stipite crasso.



Ad cortices Viburni, Yadhin. Fasciculata, imo subramosa. Cupula duas tresve lineas lata, extus rugosa. Stipes lineam longus.

1265. 113. *quernea* Sz.

P. gregaria crassa obovata nigro-fuscescens, ore connivente extus furfuracea, subiculo coriaceo.

Ingenti copia ramos et ramulos querneos eorumque excrescentias occupat. Gregaria. Abnormis. Subiculum coriaceum, rugosum. Cupula obovata vel inverse conica, iunior clausa, e nigro fuscescens, duas tresve lineas lata, disco latiori, intus olivaceo; ore connivente, arcte et stellatim inflexo, furfuracea, pulveracea sicca.

E. Soleniae.

1266. 114. *incana*. Frequens ad cortices.

1267. 115. *ochracea*; omnino differt a P. anomala. Frequens.

1268. 116. *urceolata*; distinctissima. Ad cortices.

61. ASCOBOLUS.

1269. 1. *glaber*. Frequens in fimo bubulino.

1270. 2. *furfuraceus*. Multo rarior.

62. HELOTIUM.

1271. 1. *aciculare*. In ramis deiectis Robiniae.

1272. 2. *aureum*. Rarius ad truncos.

1273. 3. *finetarium*. Pulcherrimum et maius quam Europaeum, in fimo caetorum per hortum deiecto.

63. AEGERITA.

1274. 1. *candida*. Frequens ad ligna uda.

1275. 2. *caesia*. Passim ad truncos.

64. STILBUM.

A. *sphaerocephala*.

1276. 1. *tomentosum*. Frequens.

1276. 2. *rigidum*. Passim ad truncos.

1278. 3. *piliforme*. In involucris Castanearum.

1279. 4. *gelatinosum*. In disco truncorum.

1280. 5. *vulgare*. Passim ad ligna caesa.



1281. 6. *bulbosum*. In culmis inveni.  
1282. 7. *byssinum*. In foliis et Agaricis.

B. *strongylocephala*.

1283. 8. *turbinatum*. Maius, praesertim in ligno.  
1284. 9. *rubicundum*. Ad caudices fagorum.

Ordo sextus. Nematothecii.

65. ASCOPHORA.

1285. 1. *perennis*. Fungus distinctissimus ad corticem, rarior. [Diversa haud dubie ascophora perennis, quam ovum Hemerobii esse, dixit Persoonus.]  
1286. 2. *Mucedo*. Passim in nucleis Castanearum.

66. PERICONIA.

1287. 1. *lichenoides*. Rarior in caulibus.  
1288. 2. *byssoides*. Frequentissima in caulibus plantarum.  
1289. 3. *Stemonitis*. Passim in asserulis et caulibus.  
1290. 4. *Persicae* Sz.

I. capitulo compacto ovato-globo cinereo-nigro evanescente, stipite crassiusculo rigido incurvo subbulboso nigro.

Copia incredibili fere omnes ramos ramulosque et truncos emortuarum Persicarum investit et quasi spinulosos reddit, interdum unciae quadrantem longa; etiam in Prunis indigenis minor species eaque stipite subramosa adest, omni tempore.

1291. 5. *Robiniae* Sz.

P. capitulo irregulari deciduo farinaceo, stipite compresso subfurcato cinereis.

Passim ad ramos deiectos Robiniae, vere, maxima, saepe bifurcata, ramosa, semunciam longa; stipite rigido, crasso. NB. Vestigia plurimarum aliarum specierum nobis obviam facta sunt. Videtur genus nimis affine Lichenibus.

67. CERATIUM Conspect. fung. Niesk. p. 358.

1292. 1. *hydroides*  $\beta$ . Passim ad putridos truncos.  
1293. 2. *pyxidatum*. Cum priore locis suis.  
1294. 3. *porioides*  $\alpha$  et  $\beta$ . Non infrequens ad ligna pinea.

68. ISARIA.

1295. 1. *crassa*. Non rara in chrysalidibus.  
1296. 2. *truncata*. Frequens, ramosissima et saepe quatuor uncias longa,

omnino orbuseulam aemulans, ramis truncatis. In larvis insectorum maiorum, praesertim in cavitate truncorum.

1297. 3. *agaricina*. Frequens autumnno in Agaricis.

1298. 4. *Sphingum* Sz.

I. fibroso-crustacea sericea albida, spinis setaceis compressis longissimis subpulverulentis.

Sphinges maiores emortuas perfectas, non larvas investit, ubi ramulis insident, substantia crustacea densa. De hoc fungo anomalo satis vulgari memorabile est, quod in ramulis talibus, in quibus sphinx emortua insidens a fungo investitur, per omnes menses hiemis folia, quanquam sicca tamen viridissima, conservantur. Praecipue innascitur sphingibus, fagineis ramulis insidentibus.

Radii abdominis margines et alarum nervos praecipue occupant unciales et apice obtusi aut subincrassati sunt.

1299. 5. *araneorum* Sz.

I. effusa crustacea lutescens, clavulis setaceis citrinis: apice incarnato pulverulentis.

Passim innascitur elegans fungillus araneis, casu fortuito cum foliis in herbario praeservatis.

E crusta lutescente splendente proveniunt clavulae simplices, bilineares, caespitosae, divergentes, erectae vel decumbentes, apice more Isariarum pulvere conspersae, stipite clavulae citrino.

1300. 6. *epiphylla*. Rarior in reiectamentis, v. c. corio.

1301. 7. *umbrina*. Praesertim ad asseres et ramos saepe parasitica in Sphaeria fragiformi et aliis.

1302. 8. *carnea*. Frequens ad cortices varios.

1303. 9. *citrina*. Rarissime nobis obviam facta.

1304. 10. *monilioides*  $\beta$ . In fungis et cortice.

1305. 11. *saccharina*. Frequens ad cortices et in Boletis emortuis.

#### 69. BOTRYTIS.

1306. 1. *diffusa*  $\beta$ . Rarior in caulibus v. c. Solani.

1307. 2. *cinerea*. Frequentissima in Cucurbitis.

1308. 3. *ramosa*. Frequens in Agaricis et Boletis ad examen domum allatis in capsulis; quas destruit.

1309. 4. *spicata*. Rarior in Boletis suillo quodam.

1310. 5. *simplex*. In foliis vetustis, trunco putrido iniectis.



1311. 6. *spongiosa* Sz.

B.? ramosissima cornea late effusa persistens fusca intus cerina, ramulis granulis nigris obsitis.

Vere frequens in ramis, ad truncum, et in radicibus, etiam in terra pone fagos nostrates nec alibi; semper a me statu duro reperta est, ut nesciam, num primum mollis sit.

Fungus omnino abnormis; nec huic generi adscribendus; sed nescio, cui immittatur. Maximus, interdum duos pedes latus et longus; persistens. Sub forma botryoide rami se ostendunt, omnino et undique granulis sphaericis minutis, aterriinis, duris, non detergibilibus, fere ut semina botrytidis evanida in eorum ramulis. Vi adhibita frangitur, et tum colore intus lutescente cerino conspicitur; hunc colorem habent etiam sporulae iuniores. Sz.

Probe madefactam et melius etiam per diem unum aut alterum maceratam vidi carne molli, parum tremula, vix aliquantulum intumescere constare, quae in inferioribus positis ramificationibus cerinis pellucidior, structura minus perfecta, in superioribus ramis et in ramulis magis compacta et vix pellucida, sed pellucidis fibrillis adpersa videbatur, quae in sicco statu granulosam speciem induebant. Adhibita compressione massa ramorum superiorum et opacorum secedit in tenuissimos tubulos subparallelos, parum curvatos, simplices aut subramosos, structura similes eorum quos agnovit in tremella lacrymali et abietina Persooni Neesius ab Esenbeck System der Pilze p. 89., ut itaque giganteus videatur Dacryomyces.

## 70. MONILIA.

### A. Moniliae.

- 1312. 1. *aurea*, var. *aurant.* gregarie ad truncos *Liriodendri* et *Juglandis*.
- 1313. 2. *sulphurea*. In cellis ad fructus.
- 1314. 3. *glauca*. Frequens in putridis *Persicis*.
- 1315. 4. *pulla*. Ibidem frequens et in stipitibus.
- 1316. 5. *rosea*. Rarior et distincta.
- 1317. 6. *candida*. Passim in *Agaricis* et ad truncos.

### B. Aspergilli.

- 1318. 7. *racemosa*. Ad terram inveni.
- 1319. 8. *digitata*. Super *Poria* emortua.



C. Torula.

1320. 9. *fructigena*. In Persicis frequens.  
 1321. 10. *herbarum*. Vulgaris in caulibus Phytolaccae.  
 1322. 11. *antennata*. Passim ad asseres putridos.

71. DEMATIUM.

A. Distincta.

1323. 1. *articulatum*. Frequens ad caules Allii.  
 1324. 2. *ciliare*. Frequens ad ramos occurrit.  
 1325. 3. *Crucigeræ* Sz.

D. maius cinereo-nigrum sparsum, filis remotis bulbosis simplicibus rigidis incurvis rectisve.

Frequens in ramis Rhois radicans et Bignoniae crucigeræ; affine priori, sed filis remotis et colore differt.

1326. 4. *Castaneæ* Sz.

D. caespitosum fasciculatum erumpens atro-nitens, pilis filiformibus tenuissimis erectis subcontextis.

Per corticem Castanearum erumpens caespites oblongos transversos efformat, unciae tertiam fere partem longas. Pili non bulbosi, lineam longi; ramosos describit Sz., in speciminibus siccis vere vidi simplices Sn.

1327. 5. *epiphyllum*. Frequens in foliis deiectis.  
 1328. 6. *strigosum*  $\beta$ . ad asseres putridos.  
 1329. 7. *Smilacis* Sz.

D. fasciculatum erumpens, filis rigidis divergentibus repentibus incanis pulveraceis.

Ex epidermide Smilacis rotundifoliae per plagam aliquot pedum longitudine prorumpunt acervuli aut fasciculi ovati, subconfluentes, incani, ovati, vix lineam dimidiam lati. Affine priori.

1330. 8. *Penicillus* Sz.

D. nigerrimum, fasciculis concentricis epiphyllis, filis olivaceis et nigris intertextis, basi subconnatis erectiusculis.

In maculis cinereis foliorum viridium Lauri Sassafras insident minutissimi fasciculi, concentrice dispositi. Rarum, sed ubi sit copia ingente.

1331. 9. *Fuligo* Sz.

D. nigerrimum inquinans diffusum in crustam membranaceam, filis sparsis erectis ramoso-brachiatis.

Longe lateque super folia, gramina, plantas etc. profusum, fere ut in Fuligine obsoleta. Fila rigida, fragilia, ramum unum aut alterum dichotome exserentia.

Fungus anomalus.

1332. 10. *stuposum*. Frequens inter cortices.  
1333. 11. *bombycinum*. Non rarum in humidis suffocatis.

B. Subintertextae.

1334. 12. *petraeum*. Rarius in rupibus Bethaniae.  
1335. 13. *ollare*. Frequens ad terram in ollis.  
1336. 14. *cinnabarinum*. Frequens sub cortice Juglandis.  
1337. 15. *violaceum*. Passim ad ligna putrida.  
1338. 16. *impressum*. Frequens in fungis.  
1339. 17. *fimbriatum* Sz.

D. suberectum cinereo-atrum, filis intertextis compressis fimbriatis.

In ramis putridis Pruni nigrae.

1340. 18. *virescens*. In trunco perduto Salicis et super sphaeriis.  
1341. 19. *herbarum*. Fungus fere ubiquetarius, autumnno et hieme, in foliis caulibusque plantarum et in fungis.  
1342. 20. *abietinum*, vel saltem species valde similis, in ligno vetusto.  
1343. 21. *salicinum*. Maius quam Europaea, in foliis Aceris rubri.  
1344. 22. *vinosum* Sz.

D. pannosum caespites longos efficiens vinoso-cineraceum, filis intertextis.

Rarius ad fungos emortuos.

72. ERINEUM.

A. herbicolae.

1345. 1. *hydropiperinum* Sz.

E. effusum tenuissimum maculas margine effiguratas conficiens olivaceo-nigrum, e filis grumosis tenuibus contextum.

In pagina inferiore Polygoni Hydropiperis rarius, unciae quadrantem latum.

1346. 2. *Geranii* Sz.

E. oblongum maculaeforme rubro-incarnatum epiphyllum, inferne filis grumosis albis rubrisque mixtum.

Frequens vere in foliis Geranii Caroliniani, duas lineas longum.

1347. 3. *Passiflorae* Sz.

E. effusum tenuissimum nigro-olivaceum maculaeforme rhomboides foliorum nervos terminans.



Frequens autumnno in pagina aversa foliorum Passiflorae luteae. Confluunt maculae tres lineas latae et longae. Primum refert Dematium, sed aetate fila grumosa intertexta exhibet. [Fila pellucida, subramosa, ramis arcuato-patentibus, indistincte septis instructa, albida sub fortissima lente. Sn.]

B. frondicolae.

1348. 4. *acerinum*. Non frequens in foliis Aceris rubri.

1349. 5. *betulinum*  $\beta$ . Rarius in foliis Betulae serrulatae.

1350. 6. *fagineum*. Valde frequens in foliis Fagi.

1351. 7. *pyrinum*; an var.  $\beta$ . *querneum*? Rarum sed distinctum in foliis Quercus stellatae.

1352. 8. *quercinum* Sz.

E. effuso-impressum spadiceum tenue grumosum vel tremelloso-fibrosum.

Maiores maculas impressas efficit in foliis Quercus nigrae; interdum filis subtremellosis.

1353. 9. *Vitis* Sz.

E. effusum prominulum crassum, filis ferrugineo-aureis intertextis longis simplicibus compressis.

Rarius in foliis Vitis Labruscae (Fox). Fila obtusa, pellucida; granula intus non conspeximus.

1354. 10. *Quercus cineræae* Sz.

E. profunde impressum, filis cinereis parcis crassiusculis.

Frequens ad folia Quercus cineræae apud Fayette.

73. RACODIUM.

1355. 1. *rupestre*. Frequens ad terram et rupes.

1356. 2. *cellare*. In cellis frequens.

1357. 3. *Aluta*? var. *pallida*; ad multorum pedum ambitum in arboribus cavis, tres uncias crassa.

1358. 4. *Xylostroma*. Frequens in truncis et arboribus deiectis.

1359. 5. *papyraceum*. Non rarum locis suis.

1360. 6. *aeruginosum*. Frequens locis suis.

1361. 7. *cinnamomeum* Sz.

R. compactum mollissimum floccosum pulverigerum pallide cinnamomeum, margine et iunius album.

Rarum in cavis arboribus, late expansum. Fila tenuissima, extricatu difficilia, epaca. Affine R. *Alutae*.



1362. *S. ramosum* Sz.

R. cohaerens hinc indē floccosum nigrum tenue, filis subramosis distinctis.

Ramos vivos quercinos et Andromedae arboreae undique investit, quatuor fere uncias latum. Affine rupestri.

#### 74. HIMANTIA.

1363. 1. *domestica*. Maxima, sexulnaris in cellis.

1364. 2. *sulphurea*. Elegans et frequens in suffocatis.

1365. 3. *candida*. Frequens inter folia.

1366. 4. *lateritia*. Pulcherrima, frequens inter folia.

1367. 5. *umbrina*. Passim ad ligna repens.

1368. 6. *farinacea*. Frequens inter folia.

#### 75. RHIZOMORPHA.

Quamvis genus a nonnullis abolitum sit, nolimus tamen illud, ob novam speciem omittere. Legi merentur quae de his ait Friesius in observat mycolog. I. p. 24.

1369. 1. *subcorticalis*. Frequens inter cortices.

1370. 2. *crocea* Sz.

R. tereti-compressa crocea, filis longissimis crassis parce dichotomis.

Ad truncos cariosos insigni longitudine. Substantia mollis carnosae, e fibris parallelis simplicibus teretibus cavis.

1371. 3. *setiformis*. Frequens in pinetis.

#### 76. MESENTERIA.

1372. 1. *lutea*. Passim aestate ad ligna.

1373. 2. *coerulea*; varietas obscura.

---

Explicatio tabularum I. II. data est: p. 24. Glonii, p. 33. Arachnii, p. 34. Mitre-  
mycetis, p. 66. Merulii Spathulariae, p. 72. Boleti virginei, p. 77. Hydni  
adusti, p. 83. Thelephorae pedicellatae, p. 91. Pezizae Craterii.

Puccinae sunt fig. 12. Anemones Virginianae, 13. Arundinariae, 14. Podophylli, 15. Helianthi, 16. Verbesinae, 17. Lespedezae procumbentis, 18. Lespedezae polystachyae, 19. bullata, 20. Xanthii, 21. Spernacoces, 22. Hedysari paniculati. Omnes Puccinae eadem lente vitrea lustratae, et curiose mensuratae sunt.

---



Index

Acidium	40
Argentā	98
Arganeus	53.
Albugo	45
Amanita	52
Arachnium	33
Areynā	37.
Ascohalus	98
Ascyphora	99.
Boletus	68
Botrytis	100
Bovistā	33.
Cantharellus	55
Clavaria	85
Ceraticium	99
Clathrus	52
Conoplea	51.
Coryneum	50
Cribrotium	38
Cortinaria	54
Coprinus	59
Cyathus	51
Daeromyces	90
Dacrydia	67
Dematiium	102
Diderma	36
Didymosporium	49.
Ereunium	33.
Fuligo	35
Fistulina	74.
Gastrum	32
Geoglyphum	87.

Glonium	24
Gymnopus	55
Gymnosporangium	48
Halotium	98
Helvella	88
Hericiium	78
Himantia	105
Hydnium	76
Hymenophallus	52.
Hysterium	23.
Isaria	99
Lactifluus	60
Leotia	87
Leptostroma	25
Lepista	55
Lophium	50
Licea	39
Lycogala	35.
Lycoperdon	34.
Menisma	84.
Merulius	65
Mesenterica	105
Metemyces	34
Mouillia	101
Morchella	88
Mucor	39
Mycena	58
Næmospora	29.
Nigredo	45
Odontia	77.
Omphalia	62
Oryzium	39
Penicillia	99
Peziza	90
Phallus	52
Physeterium	56.
Phobolus	50

Pleuropus	
Poria	
Pratella	
Puccinia	
Pyrenium	
Racodium	
Rimaria	
Rhizomorpha	
Rubigo	
Rufata	
Scleroderma	
Sclerotium	
Scyphus	
Sphaerobolus	
Sphaeria	
Spumaria	
Stemonites	
Stenaria	
Stilbospora	
Stictium	
Stilbum	
Stropharia	
Strobilium	
Tuber	
Tubercularia	
Tubulinia	
Tulostoma	
Tremella	
Trichia	
Trichoserma	
Uredo	
Ustilago	
Xyloporus	
Xyloporus	







A. F. Schriber ad nat. del. et sc. Lipsiae.

I. *Glonium stellatum*. II. *Arachnion album*. 1-6. *Mitromyces lutescens*. 7-11. *Periza Craterium*. 12-22. *Pucciniae*.







J. F. Schröter ad nat. del. et sc. Lipsiae.

1-3. *Merulius Spathularia*. 4-6. *Boletus virgineus*. 7-9. *Hydnum adustum*.  
III *Thelephora pedicellata*

















